



~~5444.~~

EX BIBLIOTH.

NATIONIS HUNGAR.

III. A 259.


VITEBERG.


—

SIGNAT. CLIOCCCXIII.

1
6
p
III

1





ARETEVGENIA

DE ARETINO
ET EVGENIA,

Quod nobiles Artes & virtus pre-
mantur, non opprimantur;

FABULA,

Ficta & Comicè descripta

à

M. DANIELE CRAMERO.



UUTEBERGÆ

Anno dñ. b. XCII.



IN ZOILVM.

*Cur insulse Sales tibi mens salit irridere?
Quod tibi nempe caput muceat absq. Sale.
Hinc ridens rudis, rudens te prodis Asellum,
Quis sis ex risu nosceris ergo tuo.*

M. D. C.

ILLUSTRISSIMO
 PRINCIPI AC DOMINO,
 Dn. VDALRICO, REGNI NOR-
 WEGIAE HAEREDI; DVCI Holsa-
 tiae; Slesuici; Stormariae & Ditmarsiae; Comiti
 Oldenburgensi & Delmenhorst; Magnificen-
 tissimo Academiae Rostochiensis Cancel-
 lario, & pro tempore Rectori, &c.
 Domino suo clementis-
 simo.



Um quid ad Eudæmoniam
 & virtutis studium conferrent bona
 externa corporis, Nobilitas, splen-
 dor Generis, Fortuna, Diuitiae, &c.
 quæreret Philosophus Ethicus, respondit bo-
 na hæc externa summæ Eudæmoniae $\upsilon\pi\epsilon\rho\chi\omega\varsigma$
 quandam addere, ipsamque virtutem per se
 excellentem excellentiorem & eminentiorem
 reddere. Et mehercule, Illustrissime Princeps
 VDALRICE, Domine clementissime, res sic
 se habet, vt cum Reges, Principes, & alij He-
 roës nobili & clara prosapie nati, literis ope-
 ram navent, vt, inquam, ipsi non tantum in
 suo genere $\upsilon\pi\epsilon\rho\chi\omega\varsigma$ & eminentiâ consequan-
 tur, verum vt ipsi rursus ipsis virtutibus & do-
 ctrinæ eandem $\upsilon\pi\epsilon\rho\chi\omega\varsigma$ splendorem & emi-
 nentiam reddant, ipsaq; studia suo lumine fa-
 ciant

cian splendere: Sicut enim arma Achyllis
Aiaci & Vlyssi ideò erant gratiora, quod ab A-
chylle gestata fuissent, sic artes & literæ quod
à Regibus magnisq; Heroibus tractentur & co-
lantur gratiores redduntur. Quod dum ita cer-
tò statuo, & ab omnibus sapientibus credi in-
telligo, habeo quod & mihi & toti nostro Or-
dini literario gaudeam & gratuler, & benè spe-
rare iubeam, cum Dei beneficio non tantum
prioribus seculis, verum etiam adhuc hac no-
strà tempestate quà artes premuntur, Reges
Principes viriq; Nobiles non pauci studia lite-
rarum non dico foueant saltem, sed & ipsi ad-
discant & exerceant: Habemus enim & nos
nostros Alexandros Magnos, Ptolomæos, Al-
phonfos, Iulios Cæsares, qui non tantum Mar-
te sed & Arte clarent, qui non tantum corpus
in Gymnasijs certaminum & palæstris, sed &
animum in theatris & Lyceis virorum docto-
rum exercent & colunt. Et si, quod dico, fide
careret, innumeris exemplis, multis regionibus
passim in testimonium meum vocatis fidem lu-
culenter facerem. Sed multis non est opus, tua
Celsitudo ipsa, Illustrissime Princeps, mihi &
exemplo est & testimonio, vt si testimonia ex-
starent amplius nulla, ea sint in te non tantum
animi quasi ingenitæ virtutes, verum etiam
tanta doctrinæ & literarum bona, à primis sta-
tim incunabulis per præceptores domesticos &
publicos

publicos in Academia Iuliâ & Rostochiensî instillata, vt & tuam Celsitudinem amare & discere literas manifestum sit, & insuper etiam ὕπεροχλὺ literis nostroque Ordini superaddere testatum sit luce clarius. Ego verò præterea, taceámne Cels. Tuæ Dn. Fratrem, Sereniss. ac Potentissimum CHRISTIANUM IV. Daniæ ac Noruegiæ Regem electum &c. Dn. meum clementissimum? qui tantum abest, vt non foueat & amet literatos, vt etiam cum pietate & amore Dei, syncereq; doctrinæ in optima simul literarum & linguarum officinâ se ab incunabulis exercuerit, & nihil quod ad Institutionem Regiam pertineat præterierit, vt ex indicio singularis ingenij, acuminis & perspicacitatis, in literis, artibus rebusq; varijs toto Regno spem summam, patriæ optimam faciat, nobis verò nostrisq; literis ὕπεροχλὺ addat excellentem vt quam excellentissimam. Dicerem itidem de Cels. T. Domino affine, Serenissimo ac potentissimo Domino, Dn. IACOBO eius nominis VI. Scotiæ Rege, qui à magno illo Poëtâ Buchanano in literis & artibus solerter institutus, quantam de se admirationem, quantam existimationem, quantam laudem ex literis & virtutibus reliquis apud omnes reliquerit, tota adhuc Dania, quæ suis hoc vidit oculis, locuples testis esse potest. Non præteream etiam hoc loco Generosum & Illustrem Domi-

6 LAUS NOBILITATIS

num, Dn. BRVNONEM, Comitem & Dominum in Mansfeldt, &c. Tuæ Celsitudini in ijsdem studiorum arenis domesticè commilitantem, qui vt quotidianus aspector est doctrinarum & virtutum tuarum, sic etiam earundem est imitator: vt inde etiam nostris studijs, quæ colit, splendor & eminentia non minor accedat. Nunquis adhuc verbis meis fidem factam negat? nunquis à tantis Heroibus quos dixi, studia nostra literarum illuminari & ornari ambigit? non dicam plures, ne mihi ipsi & causæ meæ videar diffidere. Si quis Nobilium virorum exempla à me petat, age ne abscedam longius, ad Equestrem patriæ Cels. Tuæ Ordinem Danicum contemplandum saltem parumper concedamus: Quid quæso est Artium, quid doctrinarum in mundo, quarum cultores ex illo Ordine non queam educere, & indice coram ostendere? Et vt de studijs pietatis & literis Theologicis primò dicam, En tibi Theologos ex hoc ordine, qui agnitam & à nævis pontificijs semel repurgatam doctrinam cœlestem constantia fidei & zelo pietatis sic tuentur, vt suo hoc constantiæ lumine oculos omnium nostratium hæreticorum (qui, vt noctuæ lucifugæ sub alieni nominis latebris in angulos Ecclesiæ Dei irrepere, eamque fimo suo foetenti inquinare contendunt) obfuscant: Possunt hoc constantiæ lumine & praxi virtutum cœlestium

lestium, quod multi multum disputando & scribendo non possunt. Hos ego viros Nobiles, Theologos dico non postremos, quod non minima imò maxima Theologiæ pars in operando & faciendo sita sit. Quæ à me non ita debent accipi, quasi in hoc nobili Danorum Ordine non sint qui Theologiam Theoria defendere queant: imò sunt ij, & ij non vulgares, sunt inquam, qui & ὁρθοτομέειν rectè scripturam Sacram, explicare, Hypomnematibus illustrare, & aduersariorum errores convellere, gladio verbi diuini possint.

De Iuris scientià nemo est, maximè qui vel per cancellos hoc regnum introspexerit, vt ambigat: quomodo enim tam clarè ibi iusticiæ Lucifer lucere possit, si nulli scientiæ iuris patroni & cultores? Omnes Regiæ maiestatis & regni, Consiliarij non aliunde sed ex propria gente colliguntur, quorum prudentia, auctoritas, & Politica rerum multarum scientia non tantum foro sed toti Regno & Gubernationi patriæ columnas subiicit. Quorum in iudicandis causis acumen ex varia Historiarum & Politicorum autorum lectione collectum, quovis tempore maximè in Comitij Regijs conspicuum est: Afferuntur enim eò causæ non vulgares, sed eæ quæ ab inferioribus prætoribus & iudicibus iam ante ventilatæ at nondum decisæ fuerunt.

Quæ cum ad tribunal Regiū afferuntur & proferuntur non ab Aduocatis conductis, sed ab ipsis ijs quos res tangit, proponuntur & aguntur. Laudis est (vt verè laudis est) Nobili familià ortos suas causas coram Rege & Senatu ipsos eloqui, agere, propugnare, defendere, quod & eloquentiæ & doctrinæ amorem in omnibus spectatoribus accendere, multos ad Iuris municipalis aliarumq; bonarum legum studia excitare res ipsa loquitur. Quid multis? sunt in hoc ordine, qui in testimonium eruditionis suæ in hoc studiorum genere, Gradus ex Academijs reportârunt. Habet præterea Regia maiestas iuuenes Nobiles, multos, omnes aliquandiu in Academijs exteris versatos & in studio legum excultos, quibus Aula regia in literis causisq; secretis ad salutem patriæ spectantibus quotidie vtitur. Medica ars, vt olim ea tantum in nobilibus familijs reservata est, sic nunc quoq; hisce Nobilibus viris in magno habetur precio: Sunt enim qui laboriosissimam sed illustrè artem Chymicam tractent & exerceant sedulo, nullisq; in illa illustrandâ parcant sumptibus. Suntq; haud paucæ Nobilissimæ matronæ, quæ hortis herbis & floribus invigilant curâ maximâ & omni laude dignâ, ex quibus aquas stillaticias extrahere, & ad certos vsus in emolumentum suorum subditorum pauperum parare *ἐμπειρίαν* dedicerunt optimè. Communem illæ laudem

laudem habent cum meâ Eugeniâ, virgine in
arte Medicâ, vt finxi, edoctâ, quod vt in hac re-
gione fit, vtinam passim frequentaretur, &
multæ Nymphæ Eugeniæ essent, plures verò
lætam meæ Eugeniæ Catastrophen experiren-
tur. Pergo ex hoc eodem ordine Philosophiæ
cultores petere. Non est quod multis vos deti-
neam, explore Academias externas, circum-
spicite, habebitis adolescentes, qui pro studiij
huius iui testimonio gradus publicè acceptos
exhibere, disputationes & orationes Ethicas,
Phyficas, Logicas publici & priuati exercitiij
caussâ habitas exponere cum laude possint. Et
quid pluribus? vnum dicam quod erit mihi in-
star omnium; ad Astronomiam accedam, eiusq;
cultores etiam in hac regione vobis ostendam:
Habet hæc Dania Astronomum nobilissimâ
familiâ ortum, quem & Ptolomæo & Coper-
nico conferre doctorum virorum calculo pos-
sit. Gaude tibi Astronomia de tali alumno, qui
& te à multis veterum maculis repurgare, &
pristino nitore non tantum restituere sed etiam
nitore pristino nitidiorem addere potest. Quid
enim est quod in huius gratiam non exædifi-
cet? quid in quo sumptui parcat? Dies me, imò
annus, si illius obseruatoria describerem, defice-
ret. Quid verò si illius Instrumenta, Machinas,
Automata, Scioterica, Horologia varia depin-
gerem? vnde mihi tot verborum, vt omnes

sextantes ; omnes circulos, semicirculos ; omnes armillas Zodiacales, Aequatorias ; omnes regulas Ptolemaicas, paraliaticas ; omnes globos, & hæc omnia quidem vel ex solido Chalybe vel Orichalco, pauca ex ferro, pauciora ex ligno constructa enarrem? sunt inter illa, quorum magnitudo non ad sex vel septem tantum, verum etiam ad novem cubitos excurret. Nonne miremini, si Globum, quem ibi vidi, purissimo Orichalco obductum, cuius diameter minor non sit sex pedibus, vobis ostendero. O Archimedeae instrumenta! ô Mercurij opera! cætera non dicam, obtinui quod volui: dedi ex Nobilium Danicorum ordine, Astronomiæ cultorem, qui & Astronomiæ & toti Regno Daniæ & nostro huic seculo, laudi & honori esse poterit. Quæritur ulterius, num quosdam peregrinas linguas callentes dare possim? Nihil facilius. Habet hæc Regio non viros tantum, sed & iuvenes & adolescentes, qui & Hispanicam, & Gallicam, & Italicam, & Germanicam, & Anglicam, Græcam & Latinam linguas non aliter calleant, ac si in ijs nati vel educari essent. Et has linguas non ad patrios focos stertentes, sed apud externos didicerunt. Vnde non est quod dubitetis, quin sint in hoc Ordine, qui non tantum regiones has quas dixi, verum etiam ÆGYPTVM, TVRCIAM,

CIAM, GRAECIAM, PALAESTINAM,
 & celebriores maris Mediterranei & Oceani
 insulas, ut patriam, perlustrarint. Defessus
 sum in allegandis tot Heroum, qui literas &
 Artes nostras colunt, exemplis: Neminem
 esse scio, qui vltius quicquam ad probandam
 literarum nostrarum ὑπεροχὴν, quam à Regi-
 bus, Principibus & Nobilibus literatis hau-
 riat, à me flagitet. Animus mihi non est in
 alias regiones excurrere. Hæc exempla, Il-
 lustrissime Princeps, vestra domus & patria
 sola mihi suggessit, in quorum dulcissimâ
 speculatione cum in DANIA essem sic me ob-
 lectavi, ut cætera κειμήλια totius regni omnia,
 quæ & preciosa & præstantia sunt, huic No-
 bilium Heroum doctorum thesauro postpo-
 nerem. Respublica, dixi, hîc optimè consti-
 tuta est; viget hîc PAX & IUSTITIA, EC-
 CLESIA DEI optimè hîc habet, viris do-
 ctissimis, quos scholæ Regiæ triviales cum
 ACADEMIA HAFENIENSI Regiâ lar-
 gissimè exhibent, exornata; Arces non modo
 Regis, sed & Nobilium elegantissimæ & po-
 tentissimæ; CORONEBURGV, ad HEL-
 LESPONTVM DANICVM situm, porta &
 clavis Maris ORIENTALIS & OCCIDEN-
 TALIS est; Frugalitas & fertilitas terræ pin-
 guissima; AQUARVM marini, Sylvarum
 ferini

ferini prouentus iucundi & fœcundi ; Naues
 bellicæ immensæ & politissimæ ; & multa alia
 multis auditu incredibilia (de quibus alius mi-
 hi dicendi locus erit) hîc , dixi, video : Sed ni-
 hil me tantopere delectat & afficit, quàm illu-
 stris hæc Heroum quos dixi doctorum corona:
 Quam dum sic perlustrabam, defedi & ad illu-
 strandum nostrum ordinem scholasticum, Are-
 tinum hunc euocaui, vt in eo tanquam in spe-
 culo laudatissimam illam literarum in stem-
 mate illustri & nobili imaginem , liberaliumq;
 artium ὑπεροχὴν & eminentiam, communemq;
 ordinis literarij fortunam exprimerem , alijsq;
 vitæ generibus quæ nunc aliquo habentur nu-
 mero conferrem, quidq; in collatione paruum
 quid magnum haberet adumbrarem. Accidit e-
 nim singulis nobis quod de Hercule Xenophon
 narrat, vt vitam scholasticam persequentes in
 bivium haud rarò à virtutis & voluptatis vita
 trahamur, in qua pugna opus est discentes mu-
 niri , ne cum videant se ab alijs balatronibus
 premi, illos verò in omni voluptatum genere
 florere, animum despondeant, & ab illius in
 huius castra trahantur, vincantur & succum-
 bant. Hoc meus Aretinus vult, hoc spectat, ad
 hanc metam collimat. Quem, vt ἀντιγράφορ
 quoddam, ex idea nobilitatis Danicæ in Da-
 niæ conceptum , & in Dania comicè descri-
 ptum, ad Celsitudinem Tuam venientem, sub
 patrocii-

patrocinium suum suscipere T. Cels. dignetur; cuius clementis patrocinij spem mihi facio maiorem, quo me magis inferiorem Tuæ Celsitudinis clementiâ iudico, quam, haud ita longè, in me luculenter collatam memini, & meminisse me dico, quod mihi nempe à Celsitudine Tua in familiam suam Rostochij asscito & vocato, clementiâ Celsitudinis Tuæ coram uti frui licuerit. Nihil habeo quo Tuæ Celsitudini, totiûe regno Daniae pro maximis in me collatis beneficijs respondere possim. Nihil etiam quicquam eo nomine à me petitur, & nihil etiam à me peti potest: non enim sum, qui tale quid præstare possim, quod vel tanti sit momenti, ut saltem in significationem gratitudinis nedum gratitudinem reputari possit. Si quid tamen sit, id totum Illustrissime Princeps tuæ gloriæ, & laudi laudandæ Daniae in posterum servire cupio. His Tua Celsitudo valeat vivat. Datum VVitebergæ, ex Musæo nostro. Mense Novemb. Anno clb. lb. XCII.

T. Cels.

Subiectis.

M. Daniel Cramerus,
Retzensis Neomarchicus.

PERSONÆ IN- terloquentes.

PALLAS	Prologus.
LAOCLES	Eques Auratus.
PHRONESIS	Vxor.
ARETINUS Filius,	doctus & Generosus.
ACOLASTUS	Indoctus & degener.
EVGENIA	Sponsa.
POLYCTESIUS	Sponsus.
PALLADIUS	Præceptor.
LIGURIO	Vulpeculator.
CUBICULARIUS	
PATRICIUS	
CLODIUS	} Latrones.
ANTONIUS	
PRODROMUS	} Satellites.
THROSCUS	
ÆTHIOPS	Mancipium.
AUCEPS	
VERNA	Famulus.
EGGO	} Rustici.
ROLLUS	

PROLO-

PROLOGUS.

15

PALLAS.



Quam suam, spectatores spectabilissimi,
Comœdiam timet proferre noster comicus,
Et huic theatro quam fecit narrare fabulam,
Ut accidit cunctis Tyronibus, certaminum omni-
Primam ubi palæstram intrant, rubent, timent, (um
Ne forte ludibrio exponant se publico,
Aut ne rudes certaminum pro laude dedecus
Domum reportent: hoc idem formidat noster comicus.
Quid invidorum dentes, quidve Momorum mordacitas
Possit, meherculè haud nescit: nec ambigit quoq; in
Theatro hoc esse quosdam, qui patentes aures arrigant
Aprorum in morem, si quid eminus fortè audiant,
Suatim arreptum quod lacerent, corrumpant, mordeant:
Ergo horum in occursum me Patronam suam
Rogavit anxie, & mihi quotidie
Aut thure, aut vino, aut aliquo supplicavit sedulo,
Dedit coronas, ut navarem operæ hoc sibi,
Præcurrerem & Prologi vice fungerer:
Quid ni, cum & Euclioni Lar, & Mercurius suo
Amphitruoni, & Iulio redivivo operam hanc navaverit?
Egone ad horum exemplar non gererem Prologi vices?
Maximè verò si quicquam posse meam præsentiam
Intelligam? ergo adsum Spectatores vobis rogans
Monensq; iure & Lege, quam mihi Phœbus tradidit,
Omnes ut adesse animis benignis, auribusq; candidis,
Clementibusq; linguis Fabulæ nostræ dignemini;

Mea

Mea enim & mearum Musarum res hîc agitur, mea
 Multum interest, hîc si spectandi gratiâ,
 Non cavillandi adsitis. de litterarum gloriâ
 Deq; artium splendore agetur. Nobilem meum
 Filiolum Aretinum, & Nobilem Eugeniâ filiam
 Brevis huc vobis sistam: hanc, exemplar omnium
 Puellarum piarum: At illum, exemplar omnium
 Adolescentum, quæ cordi est montium nostrorum cul-
 mina

Superare, & in nostris habitare aliquando vallibus.
 Viam arduam esse discetis: viam spinis & sentibus
 Scatentem, longam, scrupulosam, saxeam,
 Duram, omnibus expositam fortunæ iactibus:
 Sic tamen ut ubi via hæc exanlata fuerit semel,
 Nil tam venustum sit, tam pulcrum, tam decens,
 Tam sempiternum in orbe, percurras licet omnia
 Vitæ genera, nil tam pretiosum, quod nostris bonis
 Quibus victorem donamus conferri possiet.
 Cedant opes, quæ hodiè parantur, cras sunt perditæ:
 Cedant arces, quæ hodiè elegantes, cras ruunt.
 Cedat voluptas, quæ cum melle Aconitum præbuit:
 Cedat, quicquid charum esse habetur, litteris,
 Cedat, quicquid magnum putatur, artibus:
 Quæ nunc quidem premuntur, atq; iniurias
 Scurrarum & balatronum coguntur ferre, non nego,
 Sed interim tamen non opprimuntur, faxy, dum Dea
 Hastam hanc ego clypeumq; gestitare sum potis:
 Non est quod hostiles vulgi timeatis admodum minas
 Bombosq;

Bombosq³ futiles, clypeum si obtendero hunc meum,
In saxa convertentur, in lapides, truncos & stipites.
Sic sic gregem meum duco, defendo, sic Dea
Pro militantibus mihi semper milito,
ut semper literis concedat laus, palma & victoria.
Hoc vos Aretinus & Eugenia docebit pluribus,
Quod unicum caput totius nostrae Fabulae
Si probè observaveritis, nihil est quod amplius velim.
Nunc tantum omnes opere magno oratos voo,
Si quicquam vobis dulce & gratum ab Apolline
A me meisq³ sororibus contingere
Speratis posse, Fabulae faciatis huic silentium.
Si quis dicta optimè vertat malè, & pro cæteris
Se pungier putet, vitia ille intus prius sua
Accuset antequam flagellet ipsammet comœdiam.
Quem verò in hoc grege Zoilum conspexero,
Illi mei Clypei huius obvertam caput,
Ut obstupescat, & scopulo mutus magis
Fiat, Comœdiae ut detur tandem silentium.
Tacete: ego ingredior rursum hanc domum,
unde exeuntem me aspexistis: nunc aderant brevî
Quos expectatis. Periocha prodit, quæ restant mihi
Dicenda, ab illa vobis reddentur palam.

P E R I O C H A, sive

A R G U M E N T U M F A B U L A E.

A Retinus, ingenio, virtute, arte, genere Nobilis,
Sororem it Eugeniâ reductum ex vita monastica,
Polyctesio dandam. instruit Acolastus nuptias.

B

At

At quid sit? ut reditus ferè nunc speratur, in via
 Latronibus fiunt præda; serva Eugenia abducitur,
 Spoliatus hic tandem miser & nudus dimittitur.
 Satellites salvi euadunt, redeunt domum, & parentibus
 Hanc liberorum cladem narrant nuncijs lugubribus.
 Mox venditur Eugenia Duci urbis cuiusdam, fideliter
 Cui servit, & medica arte, quam tenuit, visum sua
 Restituit heræ; unde ex servitute mox evadit libera,
 Totiq; gynæceo præficitur. At Aretinus exulans,
 Stipem Poësi & Musica quærens, casu venit
 Eandem in urbem; qua celebratis cum Dionysijs
 Canendo palmam præripuisset cæteris cantoribus,
 Virtutis præmium tulit invidiam, & veneno infectus est.
 Qui dum sibi parat moriturus iam sepulcrum, & ultimum
 Epicedium suspendit, quo vitam, genus & nomen suum
 Descripserat, vovetq; anathemata in sacello Lazari,
 Ecce Eugeniæ ibi sacra forte agenti agnoscitur.
 A qua optimè sanatur, atq; in heri sui aulam ducitur:
 Vbi cognita re uterq; donantur donis magnalibus,
 Et splendido comitatu deducuntur rursus in patriam.
 Domi parentes decernunt senectam insumere
 Velle in Sacello, distribuunt bona Polyctesio
 Potissima; asscribunt Acolasto quantum ad victum sufficit,
 Quod degener sit, & ligurionis pessimi
 Sodalitio abducatur. Pœnam dat ligurio.
 Dum hæc sic aguntur, liberi exules redeunt domum,
 Quorum improvisus reditus hoc testamentum facit irritum.
 Tandemq; adhuc celebs Polyctesius sponsus sua
 Sponsa potitur, & interruptæ iam parantur nuptiæ.

ACT.

A R E T E U G E N I A.
A C T. I. S C E. I.

19

Polyctesius.

N Unquid spei meae votisq; res succedere (hactenus?
Secundius potuissent in meo amore, quam factum
Ecastor est quod gaudeam mihi, maxime dum me penes
Alios respecto plurimos in ducendis uxoribus
Impingere admodum misere! quorum hi dum se castam
Duxisse sperant, iacturam faciunt spei suae (& probam
Vxorij ex pudoris iactura quam – maximam?
Sunt qui, dum opes, non uxorem, spectant, sapissime
Spe dotis uxorisq; bonae cadant. quod si forte accidat
Dotem sequi, maritum ditari; non iam vult amplius
Esse uxor, at domina. hoc idem multis usu venit, imparem
Genere & prosapia ut ducunt. Formam qui suspiciunt, do-
Vbi deventum est, offusum fucum suis oculis dolent, (num
Et cum iuenculam annorum viginti duxerit se autumant,
Vix unico mense emenso senuit modo illico
Totidem insuper. Tanti, o tanti periculi,
Erroris & doloris est, uxorem ducere!
Prodentia & consilio opus est. si erraveris semel,
Erroris haud posthac redit recompensatio: si fiet
Semel emptum, non revenditur. pactum hoc non mangona-
Ego ergo mecum haec reputans, cum domum e- (rium est.
Bello & peregrinationibus redirem, & iam mihi
De uxore mens esset: quid agerem, nisi tot ex periculis
Quod usui mihi esset, ut perdiscerem? hinc operam dedi,
Ut virginem mihi eligerem quandam, & quidem pulcer-
rimam,

B 2

Morat and

Moratam & optimè educatam, natam ex optimis
Parentibus, dotatam, familia & bonis parem.

Mea quidem sententia rectè. ast ad rem deventum ut est,
Circumspicor quærens: quid sit? visus mihi sum quærere
Nigros cygnos, corvosq; candidos: tam rara avis
Est uxor, hæc cui bona adsint simul omnia.

Rarum esse vidi, ut & dotata pariter & morata sit.

Cœpi ergo allam rem ex alia cogitare; & ea omnia

In utramq; partem. quid opus est verbis? tandem mihi
incidit

Vicinus haud longè hinc meus Laocles, vir integerrimus;
Quod filiolum habeat, sed parvulam, quæ iam attingat
Annum decimum: parvam quidem, at bonæ indolis. (ferè
Alij patrem, & petij mihi hanc despondier.

Ille: obstat ætas. Quid tum? mittatur in monasterium,
Eò usq; dum contingat annum nubilem. placuit sententia.

Sic sic eam subduxi adolescentum assuetudini,

Quam vix cavere potest incauta puellula;

Et artibus muliebribus feci illic exerceri.

Nunc hoc mihi constat, castam, pudicam, industriam
Me ducere, ignaram lascivie, assuetam laboribus.

O me beatiorum multis, missum hoc à quodam Deo
Consilium mihi! ut taceam, socerum me acquirere

Spectabilem, fortem armis, consilio & prudentia

Tam militari quàm togata pollentem, qui Cæsari

Nostro tot annos militavit hostem contra patriæ

Germaniæ Turcam; cuius aciem transrupit strenuè

Socer meus, deditq; fugæ, obtinuitq; cum sua

Legione.

Legione, cui dux præsuit, victoriam inclytam :
 unde & mox lectus est Eques auratus, tulitq₃ premium
 Suae fortitudinis duas arces reddituum regalium.
 Mater Phronesis prudens est, laboriosa, domestica,
 Pudica, quæ cum primo lacte pudorem filiae indidit,
 Piè educavit, formavit, coluitq₃, ut maternæ fiet
 Imaginis speculum intus & extus. quid multis ? pulcerri-
 mihi virginem elegi, multis ex millibus, (mam
 Moratam, & optimè educatam, natam ex optimis
 Parentibus, dotatam, familia & bonis parem.
 Evax Deum, mihi niger cygnus, corvus albus contigit,
 Nec res meæ secundius potuissent cedere hætenus :
 Evax Deum, mihi gratulantur congaudentq₃ omnes mei
 Cognati, amici, felicemq₃ prædicant præ cæteris.
 Nunc annus agitur quartus, à quo sponsa mea absuit :
 Imò, quid inquit ? visa est mihi absuisse totidem secula,
 Tam durus austerusq₃ fuit nobis socer,
 Qui non est passus eam ante hac citius reducier.
 Fuit mihi ferenda mora ; impatiens licet moræ
 Amor sit omnis : at ferendum, quod factum meo
 Instinctu ; & exedendum, quod mihi ipsi intriveram,
 Ridendus. at iam nunc tandem, superis sit laus & gloria,
 Lux illa adest optata, & exoptata diutius,
 Quæ nos iterum junget, nam sic heri omnino convenimus,
 Affinis ut meus Aretinus hanc reductum eat,
 Et liberatum ex compedibus illis monasticis,
 Animulam meam, meumq₃ corculum & columbulam,
 Meus dictus, diesq₃ dicatus nuptiis.

Hodie Aretinus iter ingreditur, pro pignore
 Itineris accepit dono caballum à me Hungaricum; omnia
 Mea munera, epistolæ meæ, & si quicquam est saccinæ
 Reliquum, parata: Sol exortus; interim
 Miror, quod adhuc hodie nondum sit visus: non ea
 Mihi mens cunctandi; si quando instat abitio,
 Nullos oculis somnos, nullam quietem animo meo
 Video, quàm iter instans emensum sit; quo diutius
 Hic, serius illic. Ergo meum est, moræ hoc illi repagulum
 Laxare, calcar addere, atq; in pulverem
 Producere. At quis hic ab Aretino exit? Salus est;
 Quis est? ehem Palladius: quid secum ille solus? tur-
 -bido

Animo est; quicquid etiam id sit, adibo & alloquar.

A C T. I. S C E. I I.

Palladius, Polyetesius.

ITa est, ubi gustum nobilitatis suæ,
 Hæreditatis patriæ, & dominij sui
 Semel imbibere nobiles adolescentes, haud amplius
 Magni æstumant præceptores. Po. salve mi amice Pal-
 ladi;
 Cur tristior? quid est? Pa. & tu salve, vir Nobilissime.
 Po. Quid tu tecum? surrexitne Aretinus? quid agit?
 paratne iter?
 Pa. Equidem parat. Po. Quid hoc? Pa. Quod sentio,
 dicam: malletm domi
 Eum manere. Po. Ebo, iam nunc scio causas tantæ mo-
 -ræ,
 Et

Et tute adhuc etiam insuper tardantem vis tardare?
eat,

Eat inquit, pignus datum est: num sat volupe est et-
iam tibi,

Diutius me angere sponsæ absentia?

Vt hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet,

Sententiam hanc subito mutares. Pa. modo cedant bene
Omnia. Po. haud malè, ut spero, cedent. quis, queso,
alius mihi

Hoc iter expediret rectius? dic, quis melius lingua va-
let,

Prudentia, remissionem impetratum à monastica

Domina Abbatissa? non equidem scio, quod si Acolastum
dixeris,

Si me, te ipsum, aliumve; habeo, tibi quod respondeam;

Nec virgo sola se expedire, & itineri committere

Potis est, nec est consultum, ut ipse facile intelligis.

Pa. De commodis rectè sentis, sed interim taces incom-
moda,

Po. Quasi verò tanta sint incommoda: cesso disputare
longius,

Et nunc eo ad Aretinum ipsum. Pa. Fac ut placet. Sic
incidi,

Vt video, in autorem primum meæ molestiæ.

Quid amplius faciam? feci quod erat meum,

Monere, dissuadere; si malè cadat, quod caveat Deus,

In me nequit cudi ulla faba, cum nunc consilium sper-
nant meum.

Nil ulterius contradicam, faciant quod visum est; me
verò decet

Tacere, & aula ὤδισα καὶ ἡγῆσθαι loqui, ut fert regula
Aesopica: quodq; cavere nescis, stultū est, nolle admittere.
Interea tamen bonus ille Aretinus à studijs suis
Abducitur, & periculis exponitur. quid? quod nondum
Satis confirmati, & juveniliter (sit iudicij
Haud rarò impingat, maxime si velis proprijs
Ratis vehenda sit. Quid inquiet, faciēte, cum eò deveni-
Quid verò, si fortè interviet viris prudentibus, (rit?
Queis colloquendum, conversandum? ne se risui
Exponat, est periculum. satagit comitem sibi me adiu-
Suas ratus quadrigas posse absq; auriga vehi, (gere,
Persuasus ita à Polyctesio, maternaq; indulgentia,
Natura enim quidem malus non est, sed cereus
Facilisq; flecti. cum domo abfuimus, solam meam
Inflectionem passus est, & haud quidem infelicitē,
ut omnibus fuerit magnae admirationi; in moribus
Castus, pius, solers, humanus, mitis: in artibus
Eruditus, ingeniosus, sive spectes naturalium
Rerum scientiam, aut etiam Mathesin diviniſsimam.
Sed nunc ut ad domum reversum est, non soli mihi
Inflectio sui ampliùs, cum iam incipiat nimis sibi ipsi fide-
Auresq; porrigat adulatorum cantionibus, (re,
Et fascinetur aulico melle, & dulcedine
Sui ipsius, Bonorum splendore, ut sit. Sed non hīc meum est
Prolixius de his dicere; cum tandem officij mei
Portum obtinuerim, & sim solutus praeceptorio

Munere;

Munere ; ut mihi imputari non queat,
 Si res secus eadant , quàm sperantur. siquidem parens
 uterq₃ consulum ducat, proficisci eò meum hunc
 Aretinum, desino contradicere pluribus ; sperabimus
 Meliora, commendabimus eum precibus eterno Deo,
 Qui dirigit gressus nostros conatusq₃ omnium.
 Nunc ad senem meum contendo , visum quomodo
 Hac nocte dormitaverit, num adhuc valeat satis :
 Me enim suæ valetudini medicum præfecit, cum domum
 Rediissem, & institutioni me abdicasset filij.
 Sed exit ipse Aretinus cum matre, & iam nunc accinctus
 Quid musitent, ignoro ; nî de nuntio fortè invicem (est :
 Communicent arcano ; ut semper habent materculæ
 Cum liberis consilia occulta, nolo ea interrumpere.

A C T. I. S C E. I I I.

Phronesis, Aretinus , Polycetesius,
 Prodromus.

MI fili Aretine , ut dixi, in rebus omnibus
 Sis cautus atq₃ circumspectus. Ar. quid doles ma-
 tercula ?

Quinquennium totum exteris vixi in locis,
 ut oportuit ; non ampliùs ignoro , quid factò opus
 Apud exteros. Ph. reditum matura quàm potes citissimè.
 Ar. Ut heri decretum , erit bimestre meum hoc iter. Ph.

Deo auspice

Et comite. at quid videtur de sumptu viatico ?

Quotnam aureos dedit pater ? Ar. ducentos. Ph. vix
 suffecerint : B 5 Nam

Nam munera Abbatissæ danda sunt tibi, &
 Soror Eugenia parum habet secum. Ergo en crumenulam
 Hanc parvulam Rosarum – nobilium tantum decem,
 Quam serva in ultimum necessitatis punctulum.

Ar. Ago gratias, mater dulcissima. Ph. at fili charissi-
 Cave, cave, cuiquam prodas, te tantum pecuniæ (me,
 Habere tecum: in hospitij sis parvus; omnes annulos
 Hos deme; cubiculum obsigna, quo dormis, firmiter,
 Satelles unus tecum semper dormiat: audin?, Prodrôme?
 Pr. Audio. Ph. ad equum cubet alter. Pr. fiet. Ph.
 cum solvis, aureos

Ostende nullos, & simulate longinquum fecisse iter,
 Omnia insumpsisse. Ar. Ne dubites, mater; monitum mo-
 Hæc omnia ex usu longo probè addidici: & times, (nes;
 Vbi nil timendum. Ph. ô tu, quid liberi sint, nondum in-
 Ar. Vt nunc doles, sic paulò post gaudebis, cum meâ (telligis!
 Adduxero huc sororem. sed nondum an redijt Polycetesius,
 Qui fasciculum suum allatû dicebat? Ph. non aberit diu.
 Bone Deus! ut properas, maturas, urges. Ar. sic, mater,
 Citis vehi quadrigis: Iovis est quadrigis vehi. (decer
 Ph. Eheu, ecce quem expectas recurrit. Pa. te redire
 nunc volo.

Po. Te verò abire volo. Pa. benè est, mox ibitur. Po.
 nunc, ut dixi, huc fero

Fasciculum meum. Pa. prob, ponderosum id admodum!
 Po. Malim esse ponderosius; quando coram ipsa advene-
 Preciosioribus donis ornabitur. Ar. adsis Prodrôme, (rit,
 Et litterarum hoc fasciculum marsupio (probè.
 Involve. quid verò, ut iussi, caballusne instructus? Pr.
 Ar.

Ar. Quid Throscus, an se etiã viã parat? Pr. paratus est.

Ar. Bombardæ an alligatæ ephippio? Pr. factum. Ar.
benè est:

Nunc perge, & quicquid apparatus est super, para.

Pr. Faciam lubens. Pa. Iam nunc abibimus: quare huc
equum

Adduc ad ostium, & me præstolare ibi cum Throscos. Pr.
optimè.

Ar. Propera. Ph. vox illa dura. Po. quid dura? ut mu-
Iusto timidiores estis; mundi extra terminos (lierculæ,
Vobis videtur ire, qui urbem mutat patriam.

Idem mihi cum Palladio certaminis fuit

Paulò antea, qui & ipse videtur induisse uxorium

Animum, & timere nescio quem foliorum turbinem.

Ar. De me nimis timet meus præceptor, ac si nesciam
Quid factò opus mihi, quid usui fiet.

Ph. Mihi hoc vitio dari nequit: mater sum, & ille filius.

Po. Hoc sentio & ipsum ego: sic haud secus quoq; mater
Meæ Eugeniæ, cuius non minùs quoq; debet cura agi. (es

Pa. Quid hæ prolixiores disputationes? præstat ut
Hinc abeam, & abrumpam has inanes sollicitudines.

Po. Rectè facis, mi Aretine; cum fueris reversus, senties
Quid gratitudinis in te collaturus sim. Pa. non est opus:

Hoc debeo tibi & meæ sorori ex iure. Po. laudo. Pa.
at nunquid est super?

Po. Nihil, nisi ut salutes coruclum meum blandissimè,
Eiusq; curam sollicitè geras, autorq; sis,
Ut quam - citissime huc redeatis; cetera

Curabi-

Curabimus nos interim. Ph. hac eadem mea est sententia.
Rogare & imperare dic me, ut quam - citissime (tia?
Tecum huc redeat; mone, urge. Pa. sic faciam, nunc omnia

Parata: restat ut ad patrem introeam, & tandem ultimam
Valedicam. Ph. rectè, unâ ibimus, sed ecce huc nobis ob-
Venit, secumq; Palladium habet. heus fili, mane. (viam
Po. Metuo, ne senis mentem Palladius immutaverit;
Si fecerit, me inimiciorem in vita habebit neminem.
Ph. Nunc perge Aretine, pater propinquat, ito ei obviâ.

A C T. I. S C E. I I I I.

Aretinus, Laocles, Phronesis, Polyctesius, Palladius.

Felix dici exordium patri suo optat filius.
La. Mi fili, idem tibi. Po. salve. La. salve gener.
Ar. Salve praeceptor. Pa. & tu Aretine dilectissime.
La. Quid inter vos actû? Ph. de itinere consultavimus.
La. Quit ergo, an adhuc mens est eundi? Ar. maxime,
pater.

La. Quid apparatus habes tecum? Ar. nullum, nisi
Satellites mihi à latere sint: consultum reor (quod duo
Quàm quit minimo apparatu abire; nam spectatior
In apparatu essem maiori. La. Quod visum est, face;
Sunt hic satellites equiq; plures, quosvis instrue.

Ar. Non est opus, pater. La. sed quando inire vis viam?
Ar. Iam jam, pater, caballus hic me expectat ad ostium.
La. Vide ergo, ut optime exequaris iter tuum.

Ph.

Ph. Faxit Deus. La. quò tendas, quò venias, quis sis
ne dixeris:

Quod si urgearis, finge aliud. nec te sodalem fac nimis:
Nam ut nunc homines sunt, cui fidas, videndum est anxie:
Nec ex verbis hominum cor æstimandum est ampliùs;
Melle lingua, felle cor scatet; os pacem, cor fert facem;
Dicunt Ave, sed interim tibi cave. Ar. apprime horum
ero, pater,

Memor. La. ab aleis vinoq; cave, atq; itidem à mulier-
culis,

Queis veritas animusq; proditur. Pa. sponte hoc sua
Faciet, mi here, ne dubites. namq; hæcenus
Ab his vitijs semper fuit alienus; do pro illo fidem.

Ar. Non te fides fallat, præceptor dilectissime,
Nec te, pater; faciam ut intelligatis, magni semper pon-
Fuisse apud me vestras exhortationes. La. approbo. (deris
At ne pecuniæ quicquam te habere prodas hospiti,
Nec da reservandum quicquam. nam perfidi
Pleriq; sunt homines: hostes, non hospites,
Iniuri, cupidi, raptores, lucrosi, insatiabiles,
Qui vel audeant negare deposita, ut mihi
Comperta sunt exempla plurima in mea adolescentia.

Ph. Et in hospitij sis parcus, ut monui antea;
Ne suboleant nummos te habere. Ar. horum omnium
sum adhuc memor.

La. Fac sis. Et inde quando eò saluus deveneris,
Persolve si quid sumptuum soror tua fecerit,
Et Abbatissam humaniter saluta nostro nomine,

Age

Age gratias, quod hanc operam mihi navaverit
 In hospitanda filia: Ph. sed mi vir, si quid muneris petat?
 La. Si quid peti à te intelligas, solve, aut mæm fidem
 Chirographo dato interpone. Si quid incidit amplius,
 Communica sorori, & quod visum fuerit rectissimum
 Facite. Po. Ego ea de re non dubito. fert res quælibet
 Consilium secum. de ignotis nulla consultatio.
 Nunc eius est ætatis affinis meus, ut non nesciat
 Quid sit suarum rerum. Ar. sed nunquid pater vis am-
 plius?

La. Nihil, nisi ut valeas. Ar. itidem valeat meus pater
 dulcissimus.

Ar. Et tu vale præceptor. Pa. opto tibi felix iter,
 Comitem Raphaëlem, qui te Tobiam suum
 Missum à seniori hoc Tobia ducat, reducat prospere;
 Vade & vale. Ar. Et tu mater vale. Ph. mi fili melli-
 tissime.

La. Quid fles mulier? ne delicatulus tuus
 Filiolus à foco parumper absit? Ph. fac redeatis ut citò
 Ar. Vt sæpius dixi, faxo. Vale affinis. Po. saluta cor-
 culum

Meum blandissime, & me ab hinc horas viæ tuæ
 Reditusq; dinumerare memento. At. non ero eius im-
 memor.

His ultimò valete omnes. La. & tu? fac filiam
 Meam salutes verbis nostrum & nostrorum omnium.
 Ph. Abijt. La. quid est, uxor, quod ploras? frangitur
 Animus iuvenis lacrumis muliebribus.

Po.

Po. Sic est, pater: quoties inveni mihi abeundum fuit
Peregre, clam matrem & sorores me abduxi illico,
Ne lacrumis suis molestæ essent mihi.

La. Laudo. **Ph.** ô iniquiores estis nobis matribus!

La. Quid verò iniqui, cum timere etiam muscas vos dicimus?

Sed quid moramur? cur non intramus, de nuptijs
Vt colloquamur instruendis? interim dum liberi
Absunt, Acolasto venandi munus mandabitur,
Piscatio & aucupatio: de reliquis deliberabimus.
Sequimini.

A C T. II. S C E. I.

Acolastus, Ligurio.

VBi nunc meus Ligurio, mea lasciuia,
Meus comes, voluptas, delicia? sed sat scio,
Vbi ubi est, diu emanere non potest.

Li. Desiderat me, expectat, quem pridem exspecto an-
Adibo, blande assuaviabo, ut vivam suavius: (xius.
Omnium quantum est qui vivunt hominum homo honora-
An ille verò abesse possit longius, (tissime
Vestigium qui ut umbra subsequitur tuum?

Ac. Evax Deos quàm me quàm nunc beas hoc adventu
Nam accidit quod te quamprimum malim noscere. (tuo!

Li. Quid Nobilissime & Generose Domine? quid? me
Servum beare illis novis ne desine. (me tuum

Ac. Quid servum? Amicum dixeris. **Li.** sed ab tua di-
Generositas, & Nobilitas, non fert tuum (gnitas,

Me dici amicū! **Ac.** quid Generositas? tace sis, tu meus.

Titulos

Li. O Nobili viro, Generoso, Magnifico atq₃ Amplissimo!
 Ac. Abijt meus frater, reducturus domum ex monastica
 Vita sororem sponsam. Li. Abijt? vivant, redeant. Ac.
 per me licet:

Ab hinc secundus mensis nuptijs dicatus est.

Li. Dies sacros! Ac. sed ego, ne producantur nuptiæ
 Diutius dicto & festivitates bacchicæ, precor,
 Sodaliumq₃ potiones; de quibus dum cogito,
 Quam strenuæ futuræ sint, quibusdam nobis optimis
 Primarijsq₃ potatoribus, qui vincere
 Reliquos solemus omnes, cor mihi salit ut passerculus
 Præ gaudio. Li. at pruritum ego intus iam nunc sentio
 Bibiturientis tolli. ð faxit Bacchus crastina
 Lux nuptijs dicata esset, rediret crastina
 utinam die fraterq₃ sororq₃! Ac. at nî forent
 Hæ nuptiæ sitæ illorum in præsentia,
 Ferrem ut redierent nunquam: sic hæreditas
 Mihi largior speranda. nam ut dicam brevi,
 Fratrem meum non possum perferre illum clericum
 Librarium, scribam, edituum, scholasticum,
 Non Nobilem aut Equestris ordinis virum.
 Li. Sed tu Deos bonos parentum proles optima,
 Generosa proles, sat si sis proles Deum,
 Eques bonus, venator optimus, miles fortissimus,
 Mavortis & Dianæ ut crediderim te filium.
 Ac. Indignor, sepiissime quoq₃ rideo,
 Cum musitantem illum libris incumbere
 Cerno domi, pagellis ut videatur ludere,

Quas

Quas nunc revoluit ; voluit ; inspicit ;
Frontemq₃ jam consulcat ; jam rursus explicat ; mox
Mox suspicit ; mox ungues radit ; rodit ; sepius (despicit
ut cœlico perfusus gaudio exsilit, cum non nisi
Notas nigellas, albas chartas introspexerit.

Li. Quid queso narras ? sic nosmet cum chartulis
Gesticulamur in otio luforijs.

Ac. Sed adhuc novum genus dicam phantasmatum :
Rotunda machina est ei depicta multis circulis
Varijsq₃ belluata monstris : namq₃ hic videris
Lepores, canes, leones, tauros, arietes,
Capros, capellas, pisces, caneros, scorpios,
ursos, dracones, venatores, vultures.

Li. Deos malos, quæ monstra narras ! forsitan est venatio
Depicta, bestiarum, piscium, & volucrum ?

Ac. Haud, me hercule, scio : nisi quod ille cœlum nomi-

Li. Papæ enecas ! si serpentes, leones, scorpij, (net.
ursiq₃ sint in cœlo, quod narratur omnibus
Petendum & exoptandum, ego in vita mea
Et morte nunquam eò patiar me ducier.

Ac. Sic ille ait profectò. Cœlum hoc vel quicquid est vo-
Quo versitando multas horas conterit, (lubile est,

Mox circino arrepto describit circulos
Plures, & huc & illuc : vah non sat possum eloqui
Gesticulationes illas. Si meos venaticos
Narrem canes, ridet : sed si convivia & puellulas,
Redarguit, culpat, monet. sed ego junior licet
Contrà, tace inquit, & si vir, adsis sodes

C

Peri-

Periculum facturi, num tot circulos
 Describere ense possis, & caput defendere.

Li. Generosa mens: bellè, lepidè dictum & pulcerrimè!
 Non adepol hunc germanum tuum
 Fratrem esse sentio, qui sit tam degener
 A moribus tuis, ab aula, à vita nobili.

Sed qualis in convivjs? Ac. quid? in convivjs?

Fugit bonorum adolescentum commercia,
 Senibus, sacristis, clericis se iungit, pocula
 Ut vitet, & suis de rebus garriat dicaculus:

Vbi bibendum est, aut abit aut veniam precatur. Li. hem

Turpissimum veniam precari, ut scëminam,
 Non posse prëbienti respondere turpe dedecus.

Ac. Imò est honesti honesto respondere: nî respondeat,

Periculum est honestatis: nî quis respondeat

Mihi alter, ad conflictum & pugnas evoco.

Li. Et iure: nam tuum qui dedignatur poculum,

Nonne ille eo ipso in te est iniurius?

Tuamq; honestatem & bonam famam in dubium vocat?

Qui non sies dignus cui responderi debeat.

Ac. Hæc est mea, hæc tua, hæc multorum rectè sentien-

Sententia, hanc tuebor hanc propugnabo viriliter. (tium)

Nunc ergo qualis sit meus frater viden?

Li. Doleo vicem illius, doleo vitam miserrimam,

Tam pessimè educatum. Ac. Culpa præceptoris est,

Qui nî meo parenti tam charus fiet,

Malum. ille me quoq; in prima pueritia

Sic educare conabatur, atq; in anserem

Me

Me vertere? aſt, ut ſemper indoles mihi virilior,
 Cultris, libris petij illius caput, auſugi, meq; abdidi,
 Lucos petivi: poſt Dijs habebant gratias,
 Vt me diu quaſitum matri ruruſum adducerent
 Salvum atq; vivum. Li. ô quanta hæc generoſa, ingens,
 præſtans incoles

Tam corculi puerilis! ſplenem & muſca habet.
 Sed inde, quonam animo iam nunc ſis præditus
 Eſt cognitu facile, cum ætate enim firmantur pectora,
 Si ſic tuus frater feciſſet, non eſſet iam nunc ovis,
 Venator eſſet, inſignis potator, miles nobilis.

Ac. Bene eſt, pigebit & pudebit olim, quod ſuam
 Juventam ineptijs hiſ triverit ſcholæſticis.

At quid moramur illum nos? cur hic diu
 Stamus, nec imus? ſcin' quo? Li. non ſcio, niſi ad Glyce-
 Tuum illud. Ac. hem meum cor credo tranſpiciſ (rium
 Vt lynx acutus, cogitationes quod meas ſcias!

Li. O cogitationes, ô utinam ſcirem tuas!
 Sic compararem me ad nutus cordis tuos,
 Vt verterem me, ceu Chamæleonta, induſtrium
 In omnibus rebus, celerem in cunctis negotijs.

Ac. Nil improbo, facis quod eſt tuum. Sed prob, quid in-
 cidit!

Li. Quid quaſo mi Domine? Ac. eſt quod incidit. Li.
 quid, ut ſciam?

Ac. Quid nî? ſciâne ego quæ tute neſcias? Li. en ſum
 Generoſitatis totus. Ac. auſpex nuptiarû ſum, parens (tuæ
 Vterq; iuſſit me hæc ſororis procurare nuptias,
 Vtq; omnia & decenter ſiant & regaliter,

Sylvas paternas explorare, feras sectarier
 Complere theriotropheum in futuras nuptias,
 Simul aucupes instruere, & piscatoribus
 Calcarea addere, ut piscinas compleant:
 Heri exij, totumq; venando insum si diem,
 Præterq; capreolum nihil. Nunc ablegavi rusticos,
 Quid nebulones allaturi sint non suspicor.
 Quid aucupes, quid piscatores, nescio.
 Moras trahunt, nec adsunt dicto tempore.

Li. Miror parentes hoc oneris tibi
 Dedisse: nonne servorum satis quos aggravent
 Negotijs venandi? Ac. non est onus, non est labor,
 Non est negotium. Li. Verum est, placet, non rectè sen-
 Ingens voluptas est venari, sylvis in florentibus (tio;
 Feras fugare, ferire, sternere, aut plagis includere.
 Ac. At quid canum latratus, quem varijs modis
 Variare norunt, & nunc crassius, nunc tenuius,
 Acutius, submissius clangentes, murmurantes invicem?
 Li. Per herculem, soni hi vinctunt vel cantus Orphei.
 Ac. Sed ecce rusticos meos, ut se provoluant, de quibus
 Paulò antè, quid ferant ubi explorauero,
 Meum ad Glycerium, ut dixi, ibimus. Li. Mulsam lo-
 queris, placet.

A C T. II. S C E. II.

Eggo, Rollus, Acolastus, Ligurio.

Quid nunc aiutas Rolli? quid? specin' tyrannum
 Nobilem?

Quid

Quid dicebit ut nos absq³ feris remeare viderit?

Ro. Vbi? Eg. hem specin⁹ quantus paratragœdiet?

Specin⁹ pedum? Ro. quid inquis? tibi nē pedum cluet venabulum?

Eg. Quid miras? nōne ille est bubulcus, & nos rusticos Miserrumos tractat veluti nos buceriæ greges?

Ro. Tace hoc piaculum, non præoptarim iugum boum

Vt hoc resciscat: nostin⁹ hastile horrudum,

Nostin⁹? diu est quod non gustaueris? Eg. Szi ne audiat

Ac. Quid invicem quid murmuratis pessumi?

Tandem ut placet tandem tardē cunctanter advolua-

Parum est ut hastile hoc vobis communicem. (mini.

Li. Cunctare adhuc? meritò plectuntur verberabilissumi.

Cedo canes mihi: papæ quam macerarunt pupulas!

Ac. Quid est quod afferatis? Ro. lunchere hanc totalem absumpsimus

Partem diei, & nil. Ac. quid carnifices? itan⁹ nihil

Cœpistis hætenus? Ro. vae! Eg. vae lunchere! Li. verbera.

Ro. Miserere. Ac. vestrūm an verborones? Eg. hoi humeri! Ro. hei caput!

Ac. Faceßite hinc aut vos pessundabo.

Fatigo me, macero, uro, mordeo,

De nebulonibus tantis tam diris bestijs.

Li. Djs gratias agant, quod tam benigniter

Evaferint. Ac. Vbi nunc fures? Li. abierunt. Ac. huc

Redite, state. Eg. Ab, rursus vapulabimus!

Ro. Vae, supplices nos congenulemus! Eg. parce here!

Ro. Veniam duc lunchere. Ac. at verò diris vos debitos
pedibus teram, nî surgatis. Eg. iam iam subrigimur op-

Ac. Scitote & auribus vestris quæ dico inscribite, (pidò.
Aut ipse ego inscribam hæc vobis venabulo ;

Inbeo, volo, exeatis denuò,

Et ad cœnam huc redeatis, & leporem mibi

Venemini unum, quem nisi ceperitis, iugo boum

Vos optimo mungam. Li. Hæc peccato pœna est mitior,

Puniri debet gens rustica, quæ ridens est pessima,

Fleus optima: ergo suaderem ut præscriberetur durior

Pœnæ modus. Ac. qualis? Li. Nasum transfigas illis su-

Cristasq; galli, quas pileo gerunt fixo inseras (bulâ,

Foramini, ut spectaculo sint & risui omnibus:

His, nî minis cogantur, nil extorseris.

Ac. Rectè mones, novum hoc: auditis? hanc pœnam præ-
ter boves

Ipse irrogabo vobis, si me spes deceperit.

Ro. Audimus ô lunchere: at quomodo id fieri potestur
tam celerè?

Canes sunt torporati: cœlum udosum, nos famelici,

Rari lepores. Ac. Quid carnifex? dicta est sententia,

Nihil moremini: abite: canes abducite.

Eg. Hei, hei. Li. Tace, sat an tuo oggannire Domino?

Ac. Redite: ut æquior sim vobis, en prius canes

Cibariis curabo, sint ut aptiores cursui.

Quanti at Ligurio me facere hos Anglicos duos pu-
tas?

Li. Ignoro certè, plaris opinor quàm illos rusticos.

Ac.

Ac. Næ me herculè illos æstimo teruncij:

Hic Falco; Vitus ille: plus equidem fiunt mihi

Quam censeas, duos caballos Turcicos

Mutare nolim illis. Li. credo sanè: nam si colorem; si ca-

Acuminatum; si graciles pedes; eburneum (pus

Collum; natesq; pulpamento turgidas;

Caudam rotundam & elevatam, ut cristam gallinaceam

Si deniq; & totius corporis spectes habitum,

Formositate sua Venerem videntur vincere.

Ac. Abduc eos, puer, cumq; offam sorpserint statim huc
reduc.

Eg. Liceat quoq; & nobis unosè intrare, panis frustulum

Vt apiscamur. Li. Ehem pro tot captis prædis exigunt

Ientaculum, si Dijs placet, quod si merendam acceperint

Minimè reuertentur dictâ horâ. Ac. maneatis impero,

Canesq; præstolemini hic ante ostium,

Quos huc reducet verna; reversi me hac tabernâ quærite,

Intrabimus Ligurio. Li. sequor Dominum meum.

ACT. II. SCE. III.

Eggo, Rollus, Verna.

O anxitudo! heu, hei angustitas! heu tristitas!

Perbitimus hei vermes ambo miserrimi

Perbitimus. Ro. hei quid nunc agundum, perdui-
mus boves,

Omnem salutem nostram, & rem domestucam?

Eg. Nec spes enim sunt ullæ de lepore. Ro. quid perduta

Quid adeò garris gerras, de lepore? certom est boves

Nec spes enim sunt ulla de lepore. Ro. quid perditae
 Quid adeo garris gerras de lepore? certum est boves
 Nos perduisse. Eg. quid facietur nunc? Ro. qua mi?
 me domum

Deportabo, bovesque solvam, quos ultro offeram.
 Restim deinde, qua alligati erant praesepio,
 Collo meo inducam collariam, ut moriar miser.
 Eg. Vicine Rolli an elleborosus? sicne tuae domus
 Famigationem collutulares? quo committeres
 Animam tuam? potius misso ligello & relictis agris,
 Vxore, liberis, fugiemus, quo nos ventus depulerit:
 Nam non metus tantum de bubus est, sed & de subula,
 Ut ille consultator astans subdidit.

Ro. Memini: o mihi illum ardelionem Dij dunt!
 Quam tractitarem miseriter, quam seueriter,
 Vel solus unus impancrarem, & longiter

Eliminarem ex aula. Eg. Ego vero sic hac eum
 Dissuluerarem, excorticarem, deartuarem dividum.

Ro. Male perdui nos cum suo consilio improbo,
 Aedepol facinus improbum. Eg. At iam ante alij fece-
 runt idem,

Erit illi illa res honori. Ro. Qui? Eg. quia ante alijs

Ro. Quietiorem vitam agunt mei sues, quam ego. (fuit.

Eg. Nisi quod ultimo mactentur. Ro. at nos mactamur
 quotidie

Deglubimurque: domi nihil nisi inania atque aranea,

Vicine, nonne est verum? Eg. verum est eccere ut nos Dij
 juvent!

Exente-

Exenteramur enim assulatim diebus singulis.

Ro. Quid? singulis momentis. Eg. nam mea Bryllis pau-
Patis, polenta, lardi, oleris fesso mihi (lulum

Cum apponit, ut tuberciner: en lorarius, illico;

Eggo heus, boves iuga aratro in agros duce domini;

Servom iube, ut lateres, trabes, cementa equis vehat;

Mulier tua in molam se corripit; puerus tuus

Mecum exhibit venatum; ancilla ligones ut afferat

Ortos ut instruat. Ro. mihi & noctu medijs in somnijs,

Idem, hostium arietat, compluries acclamat, heus piger

Vt stercorentur agri nostri, luncherus meus peregre

Exbitere volt, iuga quadrigas; quid Mysis tua

Infecta runcinatio, exhibit; salicto servus afferat

Virgulta; quid? dormitin? ut novale sepiat;

Surgite, nî velitis hostium infringi: si intravero

Senabulo hoc detergam vobis somnolentiam,

Et ventilabo plumas. Attapattata.

Eg. Non possumus numerare labores, nedum proloqui:

Nunc est arandum, tertiandum, occandum,

Nunc seminandum, sepiendum, pastinandum,

Nunc stercoreandum, lirandum & metiendum,

Mox trituranum, colligendum, averruncandum,

Et omnia hæc bis exiguntur, primò nostri Nobilis

In prædio; deinde in villa propria.

Ro. Ebo tace, nondum partem dixti millesimam;

Volgata narras tantum, & ordinaria:

Aquarius fui heri; venator sum hodie;

Cras forte carbonarius, lignator aut laterarius;

C S

Pisca-

Piscator ; architectus, auceps, ianitor,
Epistolarius ; Stabularius ; Cursor, Mulio ;
Agaso ; Baiulus ; Pistor ; Molendinarius.

Vtinam me Diui adasint ad suspendium

Potius quidem quam hoc pacto serviam. Eg. sic Lar sis
Par me amet

Plostrum omnium miseriarum est mundus rusticus.

Ro. Deinde sumus verberones & mastigia ;

Ardeliones ; fures ; nebulones ; bestie ;

Asini ; boves ; caruifices ; cloacarij ;

His præmijs donat nos quivis sannio aulicus,

Cibi nihil potius minus. Eg. sed olim cum pater senex

Inspectioni villarum nondum præfecerat

Hunc iuniorum filium, non conqueri

Tam duriter poteratur de servilibus

Negotiis: sepe ipse dixit, Eggo, an esurigo te tagit ?

Sitin' ? vide sis pelta lardi ut detur, gaudeo, voro.

Ro. Quid nunc ? Eg. flagella, fastes, verbera.

Ro. Ut Nobiles illos omnes sancti perduint, an æstimant

Nobis seipsos preciosiores & meliores ? nos quoq³

Homines sumus ? nōne audivisti in concionibus

Quid papa noster sepe dictitaverit,

Vnum patrem omnium hominum esse ? at nomen mihi ex-

Nōne Abraham ? Eg. Garris Adam dictus est, (cidit,

Qui vixit in Paradiso. Ro. at si hoc verum, dic unde No-

An nōne fratres Nobilium sumus ? (biles,

Eg. Ego nescio, hoc certò scio, nos non ut fratres habent ;

Fortasse quod longinqua sit prosapies ha ha hæ.

Ro.

Ro. Sed admodum bellè videmur fabulamur atq; si
In cassibus lepus foret, cum nondum milli nodulus
Sit disligatus, nondum fixa sit plagaria furcula.

Eg. Ohe quid hoc? Lapidés ecastor visus es mihi proloqui
Et saxa quæ conquassarunt meum cor ictibus

Tantis, ut in braccam delapsum sit. Ro. vae perduto!

Ut nuptias illas pessudent Dii & Deæ!

Actum est, pavemus intus & foris! Eg. nil restat consilij.

Ro. Quid quæso consilij, nullæ sunt speres amplius,
Sic res sita est, quod si omnes omnia sua consilia conferant,
Atq; huic malo salutem quærant, auxiliij nihil asserant,
Certò est moriri. Eg. sed dolus, fraus, si quid nunc queat!

Ro. Quid? unde fraus, dolusve, plus sat frodium cum de-
frodabimur

Iugo boam? Eg. Rolle heus, nôstin? Bryllim meam?

Ro. Quid illa? novi. Eg. vafra, astuta & callida est,

Si quid sciat? Ro. Campas omitte has, & mecum aufuge.

Eg. Eheu canes reductat Verna, vae si quid forte aucu-
Incantiores fuimus & locutuleij, venit. (paveris)

Ve. Sed nunc ubi estis plagipatidæ?

En nebulones vobis hic canes. Eg. hem quam diu mora-

Ve. Tibi ego rationem reddam stimulorû seges? (tus es)

Mirum, quod ex tuo voto vivendum sit mihi!

Apage te hinc, tace, aut ego flagellum; fac age

Leporem afferas ne vos meæ manus exerceant.

Ro. Curramus Eggo ne corium nobis impingat furcifer,

Ve. In calcibus salus, currite ego eo vobis flagronibus

Ut instruam flagra, atq; subulam ut parem.

Ro. Heu nominavit subulam! Ve. vos dicto adeste post
loco. Ro.

Ro. Quid nunc? qua spe; aut quo consilio huc bitimus?
quid cœptitas iners?

Mane Eggo, dic quo tendimus? Eg. ad Bryllim uxorem
meam,

Vt consilium, frodem, dolum capsamus, si quid sit domi

Ro. Tua Bryllis & lutea est & blittea. Eg. quid refert?
lubet experirier.

Ro. Cacutientem cæcus subsequor. ibitur.

ACT. II. SCEN. IIII.

Aretinus, Prodromus, Throscus.

A In^r puer? putan^r emensos nos tandem esse iter?

Pr. Ille ut viator mihi indicium fecit, parum absu-
Et me herculè ipsum cernimus monasterium. (mus,

Ar. Amabo monasterium? Pr. Sic inquam. Ar. an Eu-
seburgicum?

Pr. Ipsum illud. en templum. Ar. ubi? Pr. à dextra,
en turrin: Ar. illud est

Ipsum: præcurre Prodrome, sorori narra fratrem suum

Adesse, ego extemplo sequor: pulta ostium, evoca

Occursum ut in meum festinet nomine

Meo roga: curre ocys. Pr. curro. Ar. interim

Tibi pater cœlestium & terrestrium,

Tibi qui ubiq; enter præsender & potenter es,

Es hospitalis, & decernis hospites

Et hospitem, qui verè solus unicus Euvhii

Es Iuppiter, dictus Poëtis, cui panem & salem

Et hospitalem acceptam referimus fidem,

Tibi,

Tibi, alme & optime pater, summas solvo gratias,
 Quod semper atq; ubiq; me viatorem tuum
 Benigniter tutatus sis, comitemq; coelicum
 Mihi tuo Tobiae Raphaëlem ubivis gentium
 Locorum ubiq; adiunxeris, & meum hoc iter
 Tua providentia secundâris prosperrimè:
 Tu me reduc, ut adduxti seniles ad sinus
 Meum parentum, & ut foeliciter
 Meam sororem adducere ad matrem queam.
 Te providente, te præsente nec caliginem
 Nemorumve nocturnave vel barathra lacuum
 Horresco, verfer vel medijs scopulorum in rupibus
 In montiumve colliumve salebrosis iugis,
 Carecta, dumeta, arbusta inter, inter horridos
 Lucos, specusq; & lustra inter palustria,
 Nihil panebo, mi Deus, siquidem tua providentia
 Non temperet se ad temperiem loci,
 Vbiq; sis idem, semper videas, semperq; exaudias.
 Nunc pergo visum. Th. Here eccum Prodrumum
 Celeriter ut recurrat, nuntium affert nî fallor bonum.
 Ar. Quid heris refers? Pr. sequitur ponè à tergo meo.
 Ar. Oculus salit mihi dexter, video: quid dixit? num
 fidem
 Dictis tuis adhibere voluit? Pr. difficulter admodum:
 Signis fidem feci. approperat. Ar. quis hic vestitus est
 Vestalis & sacer, cum nondum initiata sit sacris?
 Miror! sed ibimus illi una obviam.

ACT.

ACT. II. SCEN. V.

Aretinus, Eugenia.

Salve soror. Eu. salve iuuenis, tu te fratrem meum?Ar. Sic est. Pater materq³ te salutant plurimum.Taces? quid est? non nōstin' me? Eu. veniam da,
non novi. Ar. en tibiEpistolam hanc: nōstin' manum? lege. Eu. ô Aretine, ô
optimeFratercule! Ar. ô sororcula, ut vales? Eu. sed tu ut
vales,Animule mi? quid mater an vivit? Ar. vivit. Eu. quid
dilectissimus (timè.

Noster pater? Ar. vivit, valet. Polyctesius salutat te in-

Eu. At quomodo valet frater Acolastus? Ar. more pri-

venando & belluando, rusticos vexando conterit (stino

Dies. Eu. Deum bonum! quid audio? ah fratercule

Ut hæcenus valuisti inter regiones exteras?

Ar. Benè & malè ut fert mundi conditio: salvus domum

Redij, & parentibus sum gaudio. Eu. precibus meis

Te singulis horis commendavi Deo. Ac. rectissimè

Soror facis, preces enim clypeus piorum est unicus.

Et maximo, soror, sum affectus gaudio, cum audiverim

Te missam in hanc pietatis officinam, ut disceres

Cultus Dei, puellares artes, vitares otia;

Nunc maximè verò letor, pios quod fructus audiam

Vita tue: & dubium non est auditas à Deo

Tuas preces, me sæpe magnis liberâsse periculis.

Eu.

Eu. Soli Deo debemus gratias : sed quomodo hoc iter
Cessit ? Ar. Benè ut sit. nullibi hospitium tam commodum
Apud exteròs, quin sit melius domi. Eu. sed quid frater-
Affers novi ? Ar. novi ? id iam totum nòsti ex literis. *(cule*
Eu. Oblita sum quid legerim prae gaudio.

Ar. Volunt parentes ut reducam te hinc domum
Parantq; nuptias tibi sponsoq; tuo Polyctesio.

Eu. Cur quæso mi fratercule his me non sinunt
Sacris manere adhuc in ædibus ? domesticis
Cur me laboribus in iuventa hac implicant ?

Ar. Nostri parentes & melius rem totam intelligunt,
Et rectius faciunt, quæis te morem decet gerere,
Et semper arbitrari, ætate & benevolentia
Plus scire & providere, quàm tute ipsamet tibi.

Eu. Id non nego, hoc pietas amorq; parentum præcipit.

Ar. sed amplius

De his colloquemur intus. Eu. oportune mones
Frater, nec est cur hic moremur nunc diutius,
Tu mecum eris mensem unum, aut amplius, donec queam
Meum apparatus convasare rectius. Ar. nequaquam
Si tam diu expectandus sit parentibus (gentium,
Reditus meus tuusq; aduentus, cogitan' ? operam dabis
Idcirco, ut omnia actutum expedias : nunc mensis est,
Quo patria absui, bimestre constitutum est totum iter :
Parum ergò restat temporis. Eu. frater consentio,
Cum res id exigant maturabo. sed nunc mecum veni
Vt te refocilles à lassitudine.

Ar. Hem, quid ? licétne ædes mihi virginum vestalium

Recte

*Recta ingredi ? Eu. non equidem licet adolescentibus
 Seiuncta paululum quædam est domus,
 In hospitales usus constituta, quam incoles :
 Mihi sorori non dabitur vitio, tibi si ad siem.
 Satellites curent equos, & intrò deferant
 Quicquid tibi apparatus est. ô mi fratercule
 Quam gratus est mihi aspectus tuus. Ar. blandissima
 Sororcula idem & tuus. Eu. ast intremus, plaribus
 Confabulabimur inter prandium.*

ACT. II. SCE. VI.

Rollus, Eggo.

O Fortuna ! ô fors fortuna, quantis commoditatibus,
 Quam subito nunc hodie exonerasti nos metu !
 Nunc defecatus est animus : ô prosperum copem
 diem !

Eg. Hei, jo, quam Nobilem nostrum naso ductabimus
 optumè.

Et rustici salem habent : nec nobis deest versutia.

Ro. Quid quaeso ais stipes, nisi tua Bryllis hoc
 Excogitasset consilium, tu ô plumbeum
 Caput nihil planè reperivisses. Eg. ha, ha, vulpecula est
 Mea bryllis ! hem cum noster stultus Nobilis
 Venatione retur accepsisse nos hunc leporem,
 Nihil minus factom : nam vicino hoc ex oppido
 Coëmimus precio nostro ; & cum iam putredine
 Muceret & foeteret, mox cruore gallinaceo
 Intinximus, lavavimus, ac si primò nuperus

Capta-

Captatus atq; exenteratus esset. Ro. at quæso unde ha-
Tua uxor, unde quæso didicit tot versutias? (bet

Quam calludum hoc est consilium! Eg. rogan?

In civitate olim fuit pedissequa,

Astutiam hanc in astu didicit. Ro. gallo præ tot gaudijs.

Eia age bores volebat extorquere nosler Nobilis,

Nihil minus! Eg. Quid verò si tibi subulam

Cristamq; transegisset naribus? Ro. Quid verò si tibi?

Eg. Non est periculum frater, terebret porcos & canes

Et interim cadaver hoc faxit boni.

Sed heus amice frater, nondum evasimus.

Ro. Qui sic? Eg. Dolum si fortè suboleat, non tantum
illos bores

Sed perdueremus vitam ipsam. Ro. Proh me rutuba tagit.

Periculum augificavit tua Bryllis, non abstulit:

Malum illa cum suo delo: non beto prodius ne perbitem.

Eg. Age perge tentandom, si forsitan Deus & sancti an-
geli

Nostrom secondent hoc facinus. Ro. voltum caperabimus

Vt simplices videamur esse columbulæ.

Eg. Tace appropinquamus tabernæ. Ro. Ehem Dominus
modò prægradat,

Ni forte nos iam mantet: ut metuo mihi & tibi.

Eg. Non est periculum, cum nunc etiam primum auceps
adbitat.

ACT. II. SCE. VII.

Acolastus, Ligurio, Auceps, Eggo, Rollus.

D

As

AT at data herclè verba mihi sunt, vicit vinum
quod bibi,

Au. Quantopere letabitur herus meus, cum viderit
Pulcerrimas me tot cepisse aviculas!

Ac. Ac dum accubabam quam videbar mihi esse pulcrè
sobrius.

Au. Næ ego fortunatus homo sum, qui Auceps audiam!

Ac. Postquam surrexi, neq₃ pes neq₃ mens suam offici-
um facit.

Li. Io iu, io iu, merum hand minus quoque est Dominus
meus.

Au. Varium meum genus, consanguinitas mea est am-
plissima,

Multosq₃ cognatos & affines habeo inter maximos

Etiam herodas, virosq₃ primates: nam principes

Multi meam artem sectantur, cum subditis

Suis miserrimè viscus subdant, ut vectigalia

Aut id genus emungant: nam dignioribus

Dant munera ut consentiant in census publicos

Vbi verò iam hi consenserint, mox cogitur

Vulgus reliquum. Hoc novum est aucupium.

Sic Rhetores omnes auram popularem qui aucupant,

Et eloquentià in casses populum trahunt, meum genus.

Quid iudices, reos qui absolvunt miluios,

Damnantq₃ pauperes columbas? Subijcio meretriculas

Quas virgines vocant (nam hodiè vult nulla dicier

Meretrix sed esse non negat, rem sectatur, nomen fugit)

Illæ inquam fistulæ canunt dulce, ut adolescentes bonos

Ad

Ad se trahant, corrumpant, & spolient bonis.

Quid queso qui volunt haberi sancti in nostro seculo?

Sub sanctimonia cucullo sunt pariputi aucupes.

Næ ego fortunatus homo sum, natus ab hac familia?

Et hic meus luncherus auceps est Glycerij,

Vel rectius si sentias Auceps Glycerium est.

Nec minus noster Ligurio auceps est vel accipiter

E flammâ petere quem cibum posse arbitror.

Ac. Quis garrit illic? Au. Here ego sum Auceps. Ac.

quid tandem aucupatus es?

Ego aucupationem potiore sequor, lucrum hinc mihi

Maius Ligurio. Li. Generose Domine ut hoc decet.

Ac. Luscina est Glycerium. Li. ast ego sum noctua,

Quoties tuam pecuniam & donaria afferō;

At basiationes viscus sunt, ut hæreant

Ora oribus. Ac. sed heus dic quisnam arundinem

Gerat? Li. Glycerium, Generose here, ipsa iam respon-

deat

Nam sensit ipsa arundinem, Ac. ha, ha, hæ nequam bel-

lissime,

Nosti Aucupationem hanc optimè. Eg. pedetentim adi-

bimus.

Au. Nonne antea rectè? hie homines meum genus, Ac.

qui sunt ij?

Li. Sunt rustici. Ac. sed quid nunc vos assertis adul-

teri?

Ro. Vti sumus iussi leporem. Ac. quid tu Auceps quid

makam

Affers mihi picas, monedulas, & miluioſ
 Hirundines, corvos, cornices, passerēs
 Apage tuis cum his Harpyijs. Au. non sic bere,
 Non sic. quia non rete accipitri tenditur neq, miluio :
 Sunt hic coturnices, alaudæ, cardueles, optimæ
 Ficedulæ, merulæ, linariæ,
 Sunt perdices, turdi, rubeculæ.
 Ac. Sed quid sibi hi canes villatici & pecuarij ?
 Ro. lunchere sunt tui venatici. Ac. mentiris furcifer.
 Eg. Hic Vitus, ille Falco. Ac. ô mastigia omnes menti-
 Au. Suffusio vini facit venaticos villaticos. (mini.
 Ac. Quid murmuras ? Au. laudo tuos canes.
 Ac. Cedo canes ; Ligurio fatere, mein' canes ? Li. here
 Vide ut canes ipsi suum te cognoscant herum
 Caudisq, adulentur suavissimè, nam animalia
 Etiam irrationalia te observant. Ac. soli habeo fidem
 Ut me Venus Bacchusq, ament, oculus merum (tibi,
 Sic occupavit, ut non noverim proprios pedes.
 Heus Eggo siste te huc, buscas infla, salta in gyrum ; tu
 Fac alter. en ut te convolvās, truncus turgidus ; (idem
 Canite suam quivis Amaryllida, & suum quivis melos.
 Io. Li. Iu. Ac. Sat est, domum ite nebulones, quid sta-
 Adduc canes leporemq, fac tradas coquo ? (tis ? puer
 Tu Auceps, aves da operam, ut benè nutrias,
 In nuptias instantes : ut rectè curentur omnia.
 Abite, ne vos subsequatur hoc venabulum :
 Tu me Ligurio duc intus mecum ut cænes. Ro. habet
 Habeat, voret leporem, assiet, frigat, torreat:

Io Nobili data verba sunt, & nî fallor lepidus lepus.

Eg. Nisi ebriulatus ille, falla non fuisset tam facul.

Ro. Nihil refert, quod nos ocillârit tantillulum

Pro subula & bubus, nunc ad Bryllim tuam rebitimus.

Vnomq; & alterom hostum præbibemus ei pro consilio

Dato tam oportuno & breui. Eg. hæc eadem mihi sententia.

ACT. III. SCE. I.

Prodromus, Throscus.

H Ai, vai !

Th. Audire vocem visus sum modò Prodromi.

Pr. Hai, vai, quam me gravis oscedo atq; pandiculatio

Vexat ! Th. quid ? eccum ipsum : quid somnolente an oscitas ?

Pr. Rogan ? quod hac nocte excubandum mihi fuerit

In officina chymica, novisti ? Th. malum superi inferi

Duint huic monasterio ! cutis vix hæret ossibus,

Vix obtego dentes præ macritudine,

Sic me ad caminum assavi. Pr. ego verò, Dîj perduine

Mortarium & pistillum, quo dum contero

Herbas, meos humeros triui, ut videantur mortui :

Laboribus non assuevi. Th. folles traxi totum diem herò

Et carbonarius fui. Pr. Dîj perdant pixides

Vnguenta, vitra, olea, aquas, Dîj perdant anum

Illam Abbatissam, quæ nos his onerat sudoribus !

Th. Miror, sororem heri nostri hisce delectarier

D 3

Negotijs !

Negotijs ! Pr. quando tandem nos ex hoc carcere
 Genius malus solvet ? malim stabularijs
 Nostris sodalibus domi hactenus adfuisse : ibi cibus,
 Potus, culina, iamdiu est, quod non voraverim
 Assaturam : adfuissem Acolasto, ehem Deum bonum
 Aliter tumerent buccæ, & pingueret mihi os
 Aliter : diu est, quod mantica hæc nil carniū glutiverit.
 Th. Annus mihi esse visus est, quo iam absumus domo,
 Et vix bimestre est absolutum. Pr. iam ieiunia
 Dicuntur, & preces horariæ : surgendum est illicò :
 Vigilandum, ubi vix primus somnus edormitus est.
 Post ad laborem chymicum mox detrudimur.
 Laboribus statim abdicavi me ex infantia,
 Et cum pater me puerum sutrinæ quondam committeret,
 Pertæsus fœtorem sutorium aufugi, aulicum &
 Sum consecutus otium : melius sapit
 Vita aulica, hic crapulæ locus, nunc quotidie
 Bibo vina, edo scriblitas, cupedias : sutor suum
 Coreum terat, voret pultes, dum ego pollucibiliter
 Vitam ago, gravi quando sutor vexatur lassitudine.
 Si vel decem fratres haberem autor forem, ut
 Se dederent aulæ, quam tot operibus Mechanicis.
 Th. Sed quid senio ingruente ? vetus prouerbiū est
 Iunior eques mendicus est senex.
 Pr. Ha stulte quid garris ? dum luncherus vivit meus
 Vivam in diem, futura stent fortunæ & infortunio.
 Vbi Dominus in precio est ne servus sit neglectui
 Bursalis regula est, Dominum qui invitat nos simul vocat.
 Th.

Th. Sed hic loci de Symposiis nil est periculi,
Redibimus spero brevi ad culinam pristinam.

Pr. Eia, unde quaso hoc constat? Th. namq³ hesterno
vespere

Confabulatus est herus de habitu. Pr. ô si nuncium hoc
Certum foret! Th. sic est, pistrino hoc liberabimur.

Pr. Faxit Deus, sed heus tu cum cognoveris

Iam iam imminere abitum, fac quicquam clanculum
Si forte cochlear, culter fiat tibi obviam. (harpages,

Th. Ridiculum est, istud me admonere Prodrôme,

Quasi isthuc minor meares agatur quam tua:

Memorem mones, nam iammodò chirothecas abstuli.

Pr. Equidem me ecastor rectè! ego factitabo idem,

Communis esto quæstus. Th. perplacet. Pr. sed ecce cum
sorore Herus

Exit, parum est quin se viæ accingant. Th. nil certius
Vestes enim moniales deposuit soror.

Pr. Nihil mihi exoptatius. Th. huc concedemus parum,
Ut præstò simus si quid forsitan imperet.

ACT. III. SCE. II.

Aretinus, Eugenia, Throscus,
Prodromus.

PAratañ omnia ut dicis soror? Eu. parata sunt.

Ar. An nunc remissionis est tibi potestas integra?

Eu. Est. Ar. Sed nunquid pretij putas peti? Eu.
petuntur aurei

Triginta, quos ubi persolvero, sum libera.

Ar. Solvam; at profectò nî tuis medicis negotijs

Retentus hæcenus fuisset, iam pridem Larem
 Patrium attigissemus: nam mater anxia
 Erit scio de adventu nostro. Eu. mi fratercule
 Sic esse quæ faris non nescio; sed interim
 Non pœnitebit eos moræ, cum viderint
 Mea pharmaca, & medicos labores, quæis iuven
 Senium parentis, & matris nostræ valetudinem.

Ar. At interim dum nesciunt anguntur; vix octiduum
 est super

Cum nuptias putârint inchoandas. Eu. illâ spe cadent.

Ar. Cadent profectò, longinquum est iter, nec dum viæ
 Nos dedimus. Sed nunc heri ut decrevimus
 Menses est iter parare & ingredi? Eu. stat adhuc sen-
 tentia.

Ar. Paratant omnia? Eu. ut reor, nî quod nondum va-
 ledixerim

Domine & meis sororibus, quas cogor relinquere.

Ar. Nil amplius? Eu. nil quod sciam. Ar. aut ubi sa-
 tellites?

Eu. Ni sint in officina: eccos. Ar. adeste. Th. here ad-
 sumus.

Quid est, quod imperas? Ar. ut actutum parentur omnia,
 Hinc est eundum: equi sternantur, compingatur manticis
 Omnis supellex nostra, vestes, arma & si quid amplius.

Cavete quicquid alieni hic auferatis. ad ostium

Monasterij deducite equos; mox adsumus

Vbi prius valedixerimus nostræ hospitæ.

Eu. Myrothecium quadriforme quod relinqui in mensulæ
 Sole ter atq; industriè curetur, ne frangatur, fascijs

Involui-

Involuite hinc & hinc, & alligate ephippio.

Th. Rectè instruemus omnia. Pr. at ientaculum

Num etiam parandum? Ar. sic est, somniat panem canis,

Piscator hamum & undas; tu gluto, cibum;

Opinor herculè ventrem tibi esse gallicanei:

Nec te precatum hodiè matutinas preces

Reor, cibi verò non oblivisceris.

Ientate per me licet; at horà octavà ut omnia

Nihilominus parata sint. Nos iam valedictum pergimus,

Et persolutum quod dixti munusculum.

Pr. Heus Throscè quàm meus herus rem tetigit probè

Quod suspicabatur me non orasse. Th. quid malum

Si mihi fuisset toties esuriundum quoties

Preces neglexi, iam biennio antè fuisset mortuus.

Pr. Eho, Pater noster precentur clerici, donec meus

luncherus in vivis est, non precor.

Th. Famelicus venter non fert preces. Pr. age ibimus,

Primò cutim nostram curatum, deinde equos.

ACT. III. SCE. III.

Ligurio.

HO, Io, bonarum rerum!

Miramini ut video, & ridetis; quid miramini?

Quid sanniones ridetis? quid mussitatis invicem?

Quid murmuratis? an me nōstis? anne habitus meus

Saltusve displicent placētve? sum Ligurio omnibus

Notissimus, quod sæpe deambulem plateis & foro:

Nec est diu quod in hoc foro adfuerim prius, comes

D 5

Acolasto.

Acolasto. At hic vestitus forsā vos movet?
 Quid hæ sibi caudæ vulpinæ? has cristas cur pileo geram?
 Cur in sinu extus intus, undiq, undiq,
 Caudas geram vulpinas, vt videar vulpecula?
 Hic hic meus vestitus est, hic hic habitus meus
 Festis diebus, vel cum expecto festivos dies
 At in cute intus intus tota sum vulpecula.
 Qua excelleam arte queritis? vulpinorshæc mea ars,
 Meum hoc negotium, hinc quero quadras hinc victito.
 O opulenta pinguis ars! si hanc artem calleas
 Non est quod ærumnas famam sitim & penuriam
 Timeas bonorum, hoc omne ars una prestat vulpinaria,
 Olim parasitica ars nunc dicta vulpinaria,
 Preciosa in omnibus locis, in aulâ maximè,
 Quam qui tractare noverit, faciet quæstus uberrimos.
 In illâ enim sunt ordinis mei quam plurimi;
 Sunt Curiani vulpinatores qui primas obtinent,
 Deinde Bellienses, inde Nummi quæstici,
 Venatiani, Scortini, Vinatici atq, Cervisiatici,
 Et Panicei: omnes hi omnes Placentini audiunt,
 Vel, quod placentes liguriant, vel, quod placentia Regibus
 Dicant: ego imprimis ex vltimo sum hoc ordine,
 Vnde & nomen Ligurionis dant mihi;
 Sic comparavi enim me ex primâ infantia, ut
 Hoc genus hominum secter, qui se esse primos omnium vo-
 Nec sunt, sibiq, persuasere se esse incomparabiles, (lunt,
 Maioris & faciunt sese quam alios, hos insequor,
 His vltro arrideo, & eorum ingenia admiror simul:

Quic-

Quicquid probant probo: quicquid placet, placet & mihi.
Si displicet rursum mihi & ipsum displicet.
Si quid negant nego. Si affirmant affirmo id quoque.
Si mentiantur, ut sit sepe, confirmo mendacia.
Volunt volo. nolunt nolo. ad nutum illorum omnia.
Si rideant arrideo, atque ultrò subblandior,
Et risui me expono ipsum. Si quid non laudant improbo.
Si me arguant trado meipsum plagis. Hinc facile omnia
Possum obtinere quæ opto, quæ volo & desidero,
Hinc color, reputorque magni, ac si bonus & frugi siem,
Cum nec bonus nec frugi unquam fuerim bone.
Si quando fiam Curius, & vocer
In curiam ad nova consilia, hic Domini sententiam
Probo, maximè verò communem, ut omnibus consentiam,
Et præfero quicquid volupe est, siue hoc sit utile, inutile,
Inhonestum, honestum, utcumque fert occasio,
Utcumque postulat causarum varietas.
Hinc tot mihi caudæ: hac, clypeos, calcaria, hastas, ocreas
Abstergo, quando ad bella ituri sunt, moneo urgeo.
Hac, manticas, cistas purgo, cum census, vectigalia,
Nummos legunt. Si quando illis placet venatio
Accurro, & hac caudâ tergo plagas, millos, canes.
Hac, purgo pocula, monens ut belluentur strenuè.
At quæ supersunt serviunt mihi ut verram ganeas, cados,
Meretriculas strigulæ, sic sic faciam, ut placeant hero meo.
Herus meus cui nunc per multos annos servio, est
Acolastus, hunc naso circumduco, atque si annulum
Naso indidissem, quod fieri vrsis assolet,

Huic

Huic sum Deus, princeps, haruspex, praeo, falista, histrio
 Anteambulo, pedissequus, congerro, minus, morio:
 Quem me esse vult sum, quem non vult, non sum quoq;
 Haec haec mea ars, mea haec provincia.

Quis nunc DEVS vobis videor? num hanc artem discere
 Vultis meam? sat esse scio vestrum, qui sint mei ordinis
 Et calleant modo artem hanc: cerno plurimos,
 Sed non quod ego facio caudas geritis foris,
 Intus latent caudae, pelles, imò & tota vulpecula.
 Neq; ego foris semper gero: tego illas cum res postulat.
 Nunc hinc domum me confero, ut meum hoc decus
 Deponam, & ad meas praedas Acolastum eam.
 Sed, an meae artis vultis scire dogmata?
 Non sic docentur gratis. at pro iunioribus
 Meum ordinem qui sectabuntur haec sit artis regula:
 Apprimè heri tui mores nosce, ut coquus gulam sui,
 Ad hos tuos condito, piperato, dulcato ut dapes,
 Sic ut sal atq; acetum habeas in pectore.
 Si hoc feceris, alienum semper ut mus absumes cibum,
 Et largitatem proluviumq; experiere omnium.
 An consecuti estis? sapienti sat dictum. interim
 Si stupidior quis sit sectetur me ut praxim meam
 Apud Acolastum coram cernat, quò nunc rectà eo,
 Ut nuptias parem, non illis sed mihi & meae gulae.

A C T. III. S C E. II II.

Clodius, Antonius, Aretinus,
 Eugenia.

Exivi-

EXivimus prædas ut hic præstolaremur, iam diu est
 Quæ nulla cæsa sit fera, totum ex rapto vivitur,
 Si nil rapinæ nil farinæ, vos ergo decet
 Animo cato & præsentì esse, an se quis mercator offerat,
 Ego quod est meum faxo, & viæ huic insistam regiæ
 Cum Antonio, ut viatores videamur, interim
 Vos sitis hic ex insidijs, si præda occurrerit,
 Notate tesseram, ut quam primum tintinnâro fistulâ,
 Ocysimè accurratis, & quod convenit viros. An. sed ec-
 ce ecce illicò

Adventitant, quos expectamus hospites. Cl. demittite
 Vos illicò in terram ne conspiciamini,
 Nos prodius progrediemur. An. optima est præda. Cl.
 unde unde hospites?

An. Salvete. Cl. quo contenditis? Ar. Mei amici, in pa-
 triam.

Cl. Quid si hic morandum sit. Ar. non fert occasio.

Cl. Cogemini. An. quid? hem gladium stringis? cedo
 arma. Cl. manus date.

Eu. Ohe latrones estis! Frater, ô signum dedit!

En nebulones plures. Cl. hac cedo thesauros bestia.

Ar. Quid hoc? quid est? quid iuris, quidvè iniuriæ,
 In publica via hospites violare? Cl. seu ius sive iniuria.

Eu. Frater tuere. Ar. heus nebulo improbe, nunc adeò
 edico tibi

Ne vim facias ullam in illam: nata ex gente nobili est,
 Soror mea est. An. tuânnè tangam? Cl. vellite, rum-
 pite, tundite

Quid

Quid est moræ? vincla indite. Eu. ô fratercule!

Cl. Suspende, vinci, verbera.

Capti fruantur captivorum iure. Ar. queso mi centurio

Compesce vim & violentiam, en damus omnia,

Et per Deum rogamus vitæ parcas. Cl. Vestes exne

Rodenda erit tibi restis ex hac arbore.

Eu. O mater, ô pater, ô fratercule! eheu parcito

Fratri meo, & pro illo me vivam mactate, vrite,

Si qua est miseratio, & si quis Dei timor,

Si quis metus iudicii extremi. Au. ohe des interim quoq;
Amiculas, si eousq; sit pœnæ expectatio.

Cl. Vbi satellites? an aufugerunt? vt vosmet perimant

Dij,

Neg; cautius prædis intenditis? Nunc stat sententia

Nobiscum vt hinc eas mulier, tu nebulo

Ex arbore hac suspendere, ob nimias minas.

Restim date. Eu. ô viri optimi, si qua est miseratio

Misereamini, en adsum in me huc ferrum vertite,

Restim, facem, prunas quicquid libet licet,

Modò ille vivus dimittatur! Ar. ô sororcula

Tecum moriri certius! Eu. Aut ego tuam vt

Modò liberem vitam, decies malim suspendier.

Ar. O milites, vel qui estis, si quod inter bestias homines q;

adhuc

Discrimen est; & nî cor intus saxeum est;

Et si quæ adhuc scintilla humanitatis patriæ;

Si vos homo humanis mammis lactavit; &

Quid sit pater materq; scitis, suppliciter precor

Vt omnia hæc bona auferatis, & parcatis vitæ & corpori:

Si hoc non placet, iuguletis me sorore pro meâ:

Et si neq; hoc placet, pariter sororis & meum

Collum inferatis vni resti, & suspendamur vnâ ex arbore.

An. Miserere Clodi. Cl. vt dimittantur non feram,

Morietur hic, sed illa vivet. Eu. mi vir, nî ille vixerit

Non vixero, nam ipsius vita, vita mea est; mors, mors
mea est;

An. Miserere Clodi. Cl. en vt vivas, vivet frater tuus,

Cape subligaculum hoc tibi, abi. Ar. sed quid soror
mea?

Vt mecum eat. Cl. nobiscum hæc ibit, serva est & man-
cipium.

Ar. Sic liberè natam, educatam, mancipare miserrî-
Et me quoq; simul mancipate, vt cum sorore sim. (mum!

An. Abi inepte, tace aut feres primam sententiam.

Cl. Ego me equo inycio, vos subsequimini.

An. Licet mihi cor alias ferream, tamen nunc cereum
Sic me duæ illæ divisæ animulæ movent. (est,

Cl. Procedite, & ne quid pereat, convasate omnem supel-
lectilem.

Eu. O ultimo liceat fratrem meum oscularier!

An. Quid inde? eundum est. Eu. ô liceat mihi ultimo
semel!

An. Redi, revertere heus. Eu. mi frater, frater. Ar. ô
soror, soror.

Eu. Redi ad parentes, sed meum tace infortunium,

Dic me monasterio mansisse, ne matercula

Obeat mei causâ. Ar. malim, soror, nos iungier

Mortis

Mortis pares, & vitæ individuos socios.

Eu. En annulum hunc mei amoris symbolum æternum
tibi.

An. Sat est, eundum est, cede, cede inquam. Eu. ò fra-
tercule.

Ar. Hei, hei soror! cur non morimur communi funere?
Petière lustra, abierunt, ò soror soror!

ACT. III. SCE. V.

Aretinus.

Vae misero mihi, occidi!

Neg, soror est usquam, neg, ego qui illam è conspe-
ctu amisi meo.

Quid mihi melius est, quid magis in rem est meam, quam
corpore

Iam nunc excedam, ita malè vivo: cor mihi sanguinis
Stillat rorem; tædet vitæ; cum spe, vitam omnem perdidi,
Exanimor; neg, magis solæ terræ sunt quam hæc loca,
Atq, hæc regiones, montes, saxa & arbores
Tædet intueri, sic me nunc pudet meiipsius.

Nimio pol hominum fortunæ minus miseræ memorantur,
Nimio pol hominum fortunæ minus variæ memorantur,
Quam reapse experiundo ijs datur acerbum! hem Dea
Fortuna, quam inconstans; fluibunda; fallax; mobilis &
Erratilis; periculosa; bifrons; biceps;
Quæ frontem & hac & hac ad horas mutes singulas,
Paulò ante qui Dominus, servus nunc sum miserrimus;
Eques fui antithac, nunc vix pedes

Incedo.

Incedo, nescius mei ipsius & via; satellites
 Habui satelles ipse sum, immò satelles si siem.
 Qui sericis sum usus careo nunc linteis:
 Enimverò sic nos velut pilam hæc Dea habet lusoriam.
 Quis sum miser? quis hic ornatus & habitus? mei me pa-
 Bona abstulerunt omnia: abstulissent, si modò (det,
 Meam unicam sororem relliquissent: quo nunc perditum
 Mittatur illa nescio: quid patietur! quoties
 Lacrymabitur, gemit, desiderabit me, matrem, patrem!
 Sed quid pater? nunc expectantur nuptiæ,
 Sinistræ aves! angor, maceror, crucior dum cogito
 Materculæ meæ mœrorem, cum cognoverit tantum ma-
 lum?

Soror, soror dixti: Redi ad parentes. quid redeam miser?
 Ut augeam dolorem? quid respondebo? tuus
 Custos fui, & te perdidi: ut noctu atq; interdus
 Mibi exprobrari audiam tuum infortunium &
 Absentiam? dixti: at meum tace infortunium,
 Dic me monasterio mansisse, ne matercula
 Obeat mei causâ. O tam verè salva sis sororcula,
 Quam non queam hoc mentiri sine lacrymis & planctibus!
 Non sic fidem facerem, non sic: en me sine vestibus
 Nudum, horridum, & squalentem. Quid verò quod in-
 cidit

Satellites ubi sunt? non vidi abductos quod meminerim
 Si eruperint procul dubio afferent parentibus
 Hoc nuntium: mallem haud facerent: quia
 Satiùs videtur paucos scire & ferre malum, quam pluri-
 mos

E

Qui

Qui dum licet sciant, ferant, iuvare nesciant.
 Quid igitur faciam? noneam? ne nunc quidem
 Cum instigor à sorore? non eo ne præsencia
 Mea sit doloris fomes, & marcoris ignitabulum.
 Hem quo redactus sum! viden? Deus? sentin? Deus?
 Tibin? sororve, egove curæ? punin? hoc Cyclopicum
 Hominum genus? quam quæso diu vultus tuos obnubilas?
 Hancine capimus partem ob pietatem nostram, & inclytæ
 Virtutis, artium, precum studia & labores, sicne erga pa-
 Aut te Deum nos impiavimus. Frater meus (trem
 Feliciter vivit cum vivat impiè. Hoc tibi complacitū est.
 Quid impij sibi habebunt posthac si ad modū hunc innoxij
 Honor est apud te? Nunc quam spem, aut opem,
 Aut consilium capeſſam, compotitus his solis locis?
 Hic saxa sunt, sonat nemus, nec quisquam homo venit
 mihi obviam.

Non ibo rursus ad parentes, nec possum miser.
 Egenus, exul in exilio vivam, fortunam sentiam
 Vicesq; easdem cum sorore: non decet
 Sortem experiri me meliorem, vnā ivimus
 Vnā peribimus. Nunc hoc soli solatij est,
 Non omnibus spoliatus sum bonis, vita est super
 Simulq; cum vita artes, Musica
 Poësis & Matheseos scientia:
 Omnia habeo nec quicquam habeo, nihil cum est nihil de-
 fit tamen:
 Ablata sunt bona omnia, nec minus tamen adhuc sunt
 mihi omnia,

Modò

Modò te vnicam sororem haberem, de bonis
Non quæreremus mæstiter : nec tu cares sororcula
Bonis, tibi artes sunt multæ compertæ, sis modò
Vbi detur exercere eas posse. est suus
Arti cuiq; locus ceu semini suo tellus sua,
Quid in hoc Eremita ego ? tu quid prædones inter improbos ?
Contingat opto tibi mihiq; Mæcenas benevolus.
Ars nil valet nî sint qui artes venerentur & colant.
Hem quid genus mihi nunc patrium tam antiquum &
nobile ?

Quid equestris ordo confert, dum careo bonis
Quibus meum ordinem illustrem ? plus nunc virtuti atque
artibus

Confido, quam proavis, abavis, avis ; verum esse sentio
Aliena non nostra esse hæc omnia.

At nunc velim mihi dari qui locis ex his viam
Aut semitam monstret, mens & via turbata à latro-
nibus :

Nec hîc prope vsq; quidem cultum agrum conspicio : al-
gor, error,

Pavor, me omnia tenent : hæc parentes mei haud vos
scitis miseri

Me tam miserum esse vti nunc sum : & parètes mellitissimi

Avete perpetuum valete, nunquam dehinc vos conspicio !

Ego ut stipem legam vado quo fata tranxerint :

O me miserum, ærumnosum, inopem, orphanum !

Avete parentes & valete, nunquam dehinc vos conspicio,

Ave vale soror, nec te unquam deinceps conspicio.

A C T. III. S C E. VI.

Phronesis mater, Palladius.

SI mihi secundæ res de filiis meis essent, iam dudum scire
venissent, sed vereor, ne quid passi sint infortunij.

Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum ex-
angeant;

Iter periculosum, ætas imprudens, & tenuissimus
Comitatus. At redit Palladius à sponso Polyclesio,

Heus Palladi. Pa. quis me vocat? Ph. quid ait sponsus?

Pa. quod assolet

Amator, anxie expectat suam sponsam? sunt omnia
parata, vestes, mensæ, cistæ, scamna & totum penus
ut nil desideretur, quam sponsæ dulcis præsentia.

Ph. Credo. Sed nescio quid profectò mihi animus præsa-
giat mali.

Pa. Præfagiat mali. quid hoc quæso, præfagiat mali?
pergin' isthuc prius dijudicare quàm scis quid veri fiet?

Ph. Sed multa passa sum nocte hac, ut visi sint mei
Mibi liberi astare in pallis laceris, & conqueri
se perdidisse dentes omnes, dum sibi

Cum bestiis fuerit mordendum: filius imprimis meus
Modum ad coronæ serpentem collo est visus gerere
Qui non tamen nocuerit. Pa. somnia verè somnia
Quæ minus nocent quam vesicæ crepitacula.

Ph. At si nil mali esset iam hic adessent. Pa. iam ade-
runt. Ph. quando isthuc erit?

Cogitan' dictum diem inter vix iacere triduum?

Pa.

Pa. Scitur dies abitionis semper, sed reditus latet,
 Et cogites hinc longius abesse; & scis mores Virginum
 Dum moliuntur, dum comuntur annus est: quid tempo-
 Tribuas ut armillas, ricas, pepla & frontalia (ris
 Collaria, annulos, spiras, corollas, pallas, suppara
 Purget, lavet, crustet, componat, ruget, nectat, com-
 plicet?

Ph. Aliquid profectò Palladi dicis. Pa. sic est. Ph. in-
 trabimus

Vt cætera apparentur. ô faxit Deus ter maximus
 Ut omnia optimè cedant! Pa. ego redibo ad Polyctesium
 Cui me affuturum hac nocte promisi: ut phantasmata
 Meditationum ei decurtem inanium. Ph. facis rectè &
 benè.

Pa. Nunc salve, & salveat Dominus meus què non minus
 Tristem esse sentio. Ph. sic est. Pa. non sit roga & iube,
 Certò scio hos reversuros. Ph. faciam, nunc salve, &
 ambula.

Pa. Vnum rogat sponsus, de turri ut indicium faciat tubæ
 Speculator, è longinquo si forsan videat satellites
 Præcurrere, ut se rectius paret. Ph. benè est, faxo o-
 mnia.

Iterum vale & saluta nomine meo Polyctesiū. Pa. lubens.

Ph. Adhuc operibor octiduum, quod si interim
 Non venerint, meum cor anxie periclitabitur.

ACT. IV. SCE. I.

Antonius, Eugenia, Cubicularius.

Vrbem attigimus Clemontum. Captivi movete vos paulo otius

Hic ibitis venum. Eu. oh, oh, oh. An. quid eiulas?
fuin² tibi equior,

Tuitusve sum te semper vel quoq₃ adversante Clodio?

Eu. Factum, Deus remunerator erit. An. ne sic vultum contamines.

Urbs hac magnifica est & sumptuosa, qua si te bene ges-
Hac servitute aliquando poteris liberarier. (seris

Mitte eiulationem, mitte inquam; at movete vos,

Et saepe ut imperavi, agite ut vos rite emptoribus

Sistatis, ad praecepta artesq₃ meas ad mangonarias,

Hac praecavere boni est Venalitiarij; hoc meum est,

Hoc vestrum item: nam qui vestrum imparatior

In servitutem graviolem detruditur: qui venit charius

Tractatur mitius. Et nunc n^o fallor forum boarium

Attigimus, hic vos sistite. huc concedite.

Accedite huc, ut conspici sitis magis. Sed tu quin Aethi-
ops

Os pensile & patens componis: mox collum tibi erigam:

Erectus esto. Artate vos. isthinc Cubicularius

Quidam videtur adventare, ut ex habitu praesentio.

Cu. Qui servat ut servet nec amittat, vix praecavet,

Et cum catissime servasse se autumat, deceptus est,

Hoc contigit mihi cum heri mei vestispico,

Qui fraudulenter ex custodijs meis elapsus est,

Quem tam grandi sum mercatus pecunia!

Si tenuioris fortunae esset herus meus, male id

Mibi

Mihi cederet: sed quid servum vnum magnipendat, cui
quotidiè

Urbs tota suggerat vel centum, si petat

Cui cen Duci suo paret penditq; vectigalia.

Nunc rursus eo emptum alium; ero cautior

In posterum: nam quos servamus rursus nos observant
sedulo,

Occasiones omnes observant ne serviant. nam liberi

Omnes sumus libentius quam servi. At nunc eo.

Illic catervam mancipium video venalium,

Eò ibo, si quicquam fortè hic offendo idonei.

Heus Mango quanti hunc Aethiopem facis?

An. Quanti? inspicere ut gracilis, formosus, integer fiet.

Cu. Hem non rogo te ut me hunc laudes, sed quanti des
rogo.

An. Quanti? puer cum sit adeò formosus integer

Laudabilis stature. Cu. quid? An. vendo hunc Rhena-
nis aureis

Centum, & decem. Cu. cur quæso corollarium id addis?

An. deinde ut queam

Tanti precium minuere, cum paciscimur.

Cu. Iniqua postulanda æquum ut feras.

An. Cum bonis benè agitur: cum bonis negotiamur o-
ptimè,

Modò licere. Eunuchus est. Cu. quanti hanc? An.
quanti hanc? puellula est

Pulcerrima, & genis rubens & albicans, quasi facta sit

Ex omnibus gemmis, ut cernis ipse. Cu. quid ergo blateras

Si idem ipse hoc cerno ? an non oculis proprijs me fidere
 Plus amplius putas tuis quam verbis ? An. puellulā hanc
 Vendam tibi coronatis ducentis. Cu. quid tibi impudens ?
 Non est mihi cordi hunc vel hanc emergere. An. heus redi.
 Cu. Quid ergo ? An. paciscemur mitius : si solveris
 Mihi trecentos aureos, sunt tibi hic & hæc.
 Cu. Tantinē mulierem. An. non mulier, sed virgo est,
 omnes Deos

Testes voco, sic est verè : cum ea
 In prælio primum parta esset, hanc ego missis sortibus
 Tum nactus, & tutatus à meis sodalibus
 Ne vim quis ullam in illam faceret, charius
 Ut venderem. Cu. Hoc quero : si fallis non me, at herum
 meum

Tute & te ipsum, nam Dux huius urbis est, vir maximæ
 Autoritatis, in quem tota urbs respici., cui manus
 Scito esse longas. An. Non fallo, iuro Deum.
 Cu. Quod si mihi hoc probaueris certò, signis & iuramen-
 to, age

Pro his mancipijs florenos trecentos dabo. An. non pos-
 sum adepol,
 Plus bello eo consumpsi, agendum loachimicos da tot mihi.
 Cu. Benè est dabo, An. pactum est. Cu. nunc fac ut
 mecum eas

Dominum ad meum cui iuramentum depones pro virgine,
 Dabisq, signa quæ tibi constant. An. nū modò præsentiat
 Me publicum prædonem, nā timeo mihi ! Cu. quid in-
 quis ? An. de pecuniā

Quero.

Quero. Cu. hanc habebis absq³ morâ mecum si eas.

An. Vix usus factus est mihi nunc hunc intro sequi ;
Ne virgo me prodat forte ; haud spero, fui illi mitior
Antehac, nec in iudicio stare serva potest. Cu. quid mur-
muras ?

An me sequêris ? An. I sequar. Cu. pensum vestrum domi
Et servitutem vestram intus præscribam, nunc sequimini.

ACT. IV. SC. II.

Aretinus, Patricius.

Sic est. prout fortuna est, sic nos esse etiam decet :
Si bos, ferendum aratrum, si caballus, ephippia ;
Si servus es, feras, opus est, servilia ;
At si exul, exulum feras ius atq³ iniuriam ;
Sic imperat fortuna. Proh quæ hominum est crudelitas
In exules homine ? veni nuperrimè

Ad rusticum quendam, mei exiliij petens levamina,
Potum, cibum ; ille : cuias es ? quam artem tenes ?
Ego : liberales artes. Artes ? quot ? septem. Deos bonos,
Respondit, ex tot artibus neq³ victum posse querere !
Ego calleo unam tantum & vivo hac mediocriter,
I pessume aut ego te in pedes. Sic ille. Abij miser
Noctem diemq³ totam sensi quid sitis & fames fiet :
Die sequenti quid facerem ? relinqui suam Exoticam,
Certò sciens, artes nostras ignavis esse lusui.
Venio ad alterum paulò post & me nosse sydera
Dico, vicesq³ motuum, atq³ ex astris vaticinia
Ventorum & imbrum, niviumq³, grandinum & toni-
truum :

E S

At

At ille : Stellispex veterator, Practicopæe perside,
 Mendacigerule, tu anne in cælo & nubibus
 Vnquam fuisti, vidisti quid factitet illic Iuppiter?
 Qui prævides tempestates, nonne & tuam
 Sortem, & malum prænostis? nonne tormina & tonitrua
 Famelici ventris potuisti præcognoscere?
 Huiusmodi his annis alia sum passus plurima,
 Tam à rusticis quam civibus & magnatibus: Hoc sola-
 ty est,

Tales capi pisces in tali flumine.
 Tandem Deo ducente ad pastorem quendam villaticum
 Veni: is vbi me sui ordinis sensit, frugaliter
 Excepit, vt potuit pro parsimonia domestica
 Quod pauper esset, dum reditus Ecclesiastici
 Essent profanis vsibus dicti: is inquam hospitaliter
 Me excepit, hanc togam dedit, & cum Muscam & poësin
 Callere me audiret, iussit me animo esse bono,
 Cytharam hanc dedit, monstravit iter quod me deduceret
 In hanc urbem Clemontum, quam miris modis
 Mihi prædicavit, magnificam, populosam, vberriam
 Ditissimam, in qua facile parare victum possem
 Cytharà & poësi: ô si tales Deus mihi daret hospites
 Quam plurimos! urbem attrigi, sic esse vt dixit sentio,
 Benè spero: ô ille idem Deus qui hunc hospitem
 Primum mihi dedit, alios det opto mihi insuper!
 Deambulo hinc inde, an Mecænas se forte offerat.
 Et quid sto? messis hic mea est: en quantivis precij virum
 Videor videre, poëma ei offeram hoc & alloquar:

O tu

O tu patricius sanguis quem vivere fas est,
 Inclyte vir Musis portus & aura meis!
 Accipe quod misero mihi dura expressit egestas
 Carmen, & hinc sortem fataq; disce mea:
 Accipe, & ad Musas nostras deflechte serenum
 Vultum, quaq; potes parte iuvare iuva.

Pa. Aecastor hoc ex ore tuo conieci, ex mendicantium
 Te hoc ordine esse: quid carmen sit, non intelligo,
 Multi ferunt schedas huiusmodi tersorias,
 Transpone literam & habes carnem, ego malo carnem
 quam tuum

Carmen, canum latratus & cytharæ sonos
 Magis probo. Ar. hac etiam ludo. Pa. benè est, cras ergo
 in publicam

Aulam; nam festa colentur ibi Dionysia,
 Dabuntur illic consortes artis tuæ, si quid potes.

Ar. Abijt. Vah turpitudine! vah pudor! ô mores & secula!
 Quò nunc poësis est redacta? quò pessundata?
 Tant'âmne rem tanto esse neglectui, tanto contemptui?
 Miserrimum? quidvis nunc esse potius quam Poëta
 mavelis,

Tantopere rursus barbaries gliscit! sannas & tetricas
 Poëtae criminationes coguntur deglutire: improbum!
 Qui Principum Regumq; olim fuere deliciae,
 Nunc sunt balatronum & scurrarum quisquilia.
 Olim Poëtae sacri: poësis res habita est sacra,
 Et inde Vates dicti, qui proprium suum Deum
 Vaticinantem haberent intus, quo moto calefcerent;

Que

Quo nunc poëta est numero? ex ara in haram flictus est.
At unde Di boni tanti contemptus, atq₃ odij faces?

An quod Poëta, praeo virtutis, spretà virtute etiam simul
Spernatur, ut virtute cadente, laudator cadat?

Nec & parum forte huc facit, quod tam circumforanea
Et trita sit, cum docti indoctiq₃ pluant poëmata:

Multi ferunt, dicebat ille, huiusmodi tersorias
Chartas, nequeo ire inficias, nam Poëta spurij
Circumvagi vagantur orbe, qui nec primulam
Fontis caballini libârunt guttulam,

Illi undiq₃ undiq₃ corradunt centones, quos ubi consuunt
Sua insuunt, hæc exsuunt, illa adsuunt, consutile

Ut hinc novum fiat carmen: quo arrepto in quemvis irru-
Et Syngrapho exhibito quasi, debitum exigunt. (unt

Ne dicam adhuc alios avaros accipitres, suum
Qui commodum ex Poëseos quærunt dispendio,

Qui cum loco bono atq₃ honorifico sient

Interdum noctuq₃ vomunt, sudant, anhelant carmina,

Quæ ardelionibus quibusvis, nondum saepe cognita

Etiam fide, arte, virtute, offerunt, in cælum collocant

Deos vocant, præconia, honores atq₃ encomia

Sacra, debita uni virtuti vitijs communicant.

Modus acquirendi hic est novus, quem leges nesciunt.

Hinc hinc sacra, alma, casta Poësis prostituitur.

Vab sacrilegos illos, qui sacra spurcant unguibus

Suis furacibus! Idem etiam alijs contingit artibus,

Ut fœneratores nunc audiant qui artes colunt.

Hinc interim qui aspirat ad alta, nî obstaret domi

Angusta res, Mæcenatum implorans opem, simul

Negli-

Negligitur : eripuerè alijs illi quod debebatur sibi.
 Vah, vah, bonas res tantum abusum perpeti !
 At cur tamen toti arti abusus hic impenditur ?
 Quo sanctior res, semper abusu reddita est profanior !
 Vos interim Reges, vos Principes, Dynasta & Satrapæ
 Nutriculas Deus artium quos constituit : qui *ἐυεργέτης*,
 Qui magnifici auditis ; vos Ethicus Aristoteles admonet
 Ad Nominis mensuram sumptum magnum impendere,
 Magnos decere magna. nec quantum vel quam minimo
 queat

Fieri esse spectandum : nam subtilius rationes ducere
 Ad calculumq; vocare cuncta, *μυροῦς ἡ τέχνη* est soraida.
 Perpendite quod sit vita pauper, egens scholastica,
 Sed quid Philosophor multis ? magni nec Ethica
 Nec amplius sit virtus : imò ne iussa & minæ Dei.
 Nemo mei miseret. quid incepto ? exilium premit.
 Sic transigendum est. Nil valent artes, & quæ super-
 fuit

Spes huius urbis concidit, miserrimus occidi !
 Hæc fata ego patior : quæ nunc ferat soror mea ?
 Quo nunc loco quibûsve angustijs fiet ?
 Num forte vivat ? optem ei potius sit mortua,
 Et mortuo mihi uno accumbat puluere.
 Frustrâ at miser queritor. ah frustrâ gemo.
 Sum nullus. ibo, & cum Poësis hic contemptui fiet
 Restat mihi experiri honore quo sit Musica.
 Dionysia, ut memini, mihi ille : hos expiscabor dies
 Si forte ibi magis fortuna arrideat.

ACT.

A C T. II. S C E. III.

Prodromus, Troschus, Phronesis,
Palladius.

Quid nunc tibi mentis Trosche? attigimus tuo
Suasu atq; consilio Domini nostri arcem. Th. ab
miserrum

Quam impiè improbè egimus in Aretinum, quod tam per-
Deferuerimus eum: pro præmio hætenus in via (fide
Tot misérias famesq; promeriti sumus meritissimè.

Pr. Flores prius campi huius numerarim, quam dixerim
Nostri itineris peracti his mensibus molestias:

Quot pertulimus imbres, æstus, grandines
Ventos, metus latronum, errores qui nos à via
In semitas, à semitis in lustra, à lustris in viam
Duxère, reduxère! quod si calcassemus regiam
Semper viam longè antè heriles attigissemus lares.

Th. Quid interim taces duros austeros hospites
Qui nos pecunià carentes tractarunt malè.

Pr. Aerugo dentes obsedit, quod iam dudum ne panis mi-
culam

Gustaverim, voravi rapas. Th. dedidicisti sportulas
Opiparas. Pr. panem modò Dî dent! Th. at quid re-
Domino seni, quando quæret de liberis suis? (spondebimus

Pr. Dicemus ut res est, captos. Th. at quomodo fugam
excusabimus?

Pr. Nos vinculis solutos, dimissosq; Th. at vix faci-
mus fidem.

Pr.

Pr. O triste nuntium, vel nos invisos nuntios!

Iter bimestre factum ferme est annuum. Th. hem quid
hoc clangoris est?

Taratantarā audio. Pr. agnosco, Domini speculator est

Dat digna nostri adventus. Th. O signum tristissimum,

Nunc me timor mœror cruciat, tam nuncia

Lugubria apportare nos quibus turbemus gaudia,

Et spem bonam! Pr. ô miseros illos, miseros istos! Th.

sed omnium

Miserrimos nos, tam miseros qui reddimus!

Pr. Eho advelat mater præ gaudio in occursum: viden?

Th. Video. Pr. item & erumpit præceptor, ô doleo illo-
rum vicem

Th. Dolet nostrā. Ph. Quid vos filioli mei, præcurritis?

Th. Præcurrimus. Ph. longē absunt mei liberi?

Th. Longissimē. Pa. salvin' rediistis? Pr. Sic mediocriter.

Ph. Celeres fuistis: longē hinc absunt? Th. longissimē.

Ph. Quid hoc? parum est mihi hoc longissimē,

Contendam in illorum occursum. Th. audi hera

Non assequere. Pa. quid mœstos vos? Th. proh mœstis-
simos.

Pa. Mane, mane Domina, audi rem tibi enarrarier,

Ph. Deinde pluribus, nunc curro ut occurrā. Pa. mane.

Ph. quid est?

Quid est? citò eloquāmini: satin' salva omnia?

Th. Non omnia. Ph. vnde? equinē passi sunt incommo-
dum?

Th. Passi ædopol. Ph. de equis nihil, modò salvi sint li-
beri mei.

Th.

Th. Nec hi satis salvi. Ph. laborat forte filia

Obiter molestum. Th. plus iusto molestius.

Pa. Proloquere tandem breuiter. Th. ô liceat modò.

Ph. Quid nî liceret. Th. cum reditum huc moliremur,
Viri latrones invaserunt, spoliarunt nos bonis: (malis

Post liberos dimiserunt. Ph. quid verò de bonis?

Modò Liberi dimissi? Th. nos duo liberi sumus,

At filij captivi abducti. Ph. ob concido!

Pa. Proh Dii immortales, facinus indignum & malum!

Hera, hera, recollige animum: ut vos Dii cum nuntio

Vestro improbos perdant. Hera collige animum, nec Deum

Ex mente seponas: quid statis? huc citò mihi Embrochas

Aquam rosatam, acetum asser pedissequa & salem:

Hera hera recollige animum, vivunt liberi.

Solvite, recedite, ut refrigerium sentiscat aëris.

Reditné pedissequa cum embrochis. Th. en huc redit.

Pa. Cedo vitrum: recedite hinc. Hera vivin' vivunt Li-
beri tui

Ph. Eheu. Pa. gemit. Deus ærumnas tuas tibi mitiget.

Hera hera recollige vires, propitium inspicere

Cælum & Deum. Ph. occidi, moriar, non vivam, quan-
de Liberi

Mea spes salus non vivant, hic moriar. Pa. non sic hera.

Sicné ex Dei aspectu paterno tu te subtrahas?

Salus tua & spes unica atq; fortitudo tua est Deus:

Hic te suis nunc ulnis sustinet, complectitur,

Exosculatur, dum crucis parum mittit tibi:

Dulce hoc iugum experire: qui dedit

Nonne huic sit integrum recipere, & paululum

Oculis

Oculis tuis subtrahere? tempus erit brevi
 Cum ad te revertentur. Ph. me viduam! Pa. quid plan-
 gis? te collige,
 Medio ex sepulcro filium viduæ vnicum
 Resuscitavit Salvator noster; matri & suæ
 Eum reddidit; sic idem ille & tuum reddet tibi.
 Ph. Miseram, occidi. Pa. fac elevère; surge vires colliges
 Domina hoc opus Dei est, cui quod placet facit,
 Quis huic movebit bella? abducite hanc, ut intrò eat.
 Ph. Satius mori me hic, ne sit opus rursus hinc efferrier.
 Valete lux, cœlum & terræ; cum sydera
 Mea occiderint hora, est ut occidam. Pa. Deus
 Determinat vitæ mortisq; limites, quò iam tuos
 Oculos reflectas est opus. Cavete ne cadat.

ACT. IV. SC. IV.

Palladius, Polyctesius.

E Rumpo rursus, frangor, non possum miser
 Me sustinere, ita omnes anguli,
 Subsellia omnia, omnes mensæ, scamna, parietes
 Luctum, dolorem, plangorem intus præferunt;
 Miserum ô senem, Dominum meum! sic attonitus fui
 Hoc nuntio, ut nec se se sciret, nec fleret. Domestica
 Calamitates vincunt lacrymas. Mater iacet
 Prostrata, tota familia luget, plangit, eiulat.
 Hymenæus est conversus in Ialemum miserabilem.
 Nunc ferreum mihi pectus optem & cor triplex,
 Ut fortior consolari illos possiem: sed proh dolor

F

Sic

Sic res mea est, ut consolandus ipse sim!

Oh casus, ô dolor! an quicquam factum est indignius,

An tristius? tam charum & optimum suum

Discipulum, amicum, Mecœnatem perdere,

Quem docui, monui, benè præcepi semper quæ potui omnia,

Qui spem bonam, optimam frugem mei laboris præbuit

Et omnibus fuit admirationi; patri gaudio

Matri voluptati? Et tam castam virginem

Matris, patrisq; & sponsi amorem, in quæis genus,

Patriæ salus, pietas stabat, sic perdui?

Hæcinè erant itiones vestræ & mansiones diutinae?

Aclostus interim ille pessimus vivit prosperrimè,

Matri patriq; dolori est, hic vivit vitam ter floridam,

Quod nempe pessimæ frugis fortunam degant optimam.

Po. Quid inquiunt? Pa. quis hic loquitur? Po. Sponsam meam?

Pa. Polyctesius? Po. raptam à latronibus? Pa. certè ipsus est.

Po. Quid inquiunt? Pa. Polyctesi! Po. quis me vocat? quid quæris Palladi?

Quid afferunt? quid narrant? Pa. noli quærere.

Po. Sponsam meam? Pa. doleo. Po. raptam? Pa. sic aiunt. Po. à latronibus?

Pa. Connubia à Deo ligantur & solvuntur à Deo.

Po. Quid inquis, an Deus meam sponsam? Pa. sic in-

Quod prima Christi sponsa sit: quo respice (quo,

Mi belle Amice, frange mentem, eamq; subijce

Humiliter Deo tuo, qui nos quandoq; filios suos

Sic corripit, castigat. Po. Ô! Ô! crudelissimum,

Facimus

Facinus & miserrimum; ipsa morte tristius,

Ab amante amantem distrahi!

Ob Eugenia, cur cesso tecum mori?

Quid cesso cor gladio transigere? Pa. mi Polyctesi optime,

Mi amice, quid facis? quis sis, num cogitas,

Quis illa item? cur sic homines quando sumus

Casus humanos declinare posse intendimus?

Homines sumus, humani nihil à nobis alienum ducimus.

Po. Mihinè desponsatam fermè ex primis incunabulis

Sic perdere? ô pulcherrima, ô carissima, ô dulcissima!

Pa. Sed charior Deo. Po. cor fremit, tremit, cor pal-

pitat,

Cor aestuat: miserior me quisquam nec fuit nec fuit:

Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini un-

quam oblata

Quam mihi: me infelicem, hancine ego vitam parco per-

dere?

Perijt perijt mea lux. Pa. non perijt Dei quam servat

dextera.

Po. Hæcine causâ ego eram tantopere sollicitus nuptias

Domi parandi, hæcne apparatus expectatio?

Quid nunc mihi monilia? ô pulcherrima

Si vel semel licuisset te amplexarier!

Pa. Polyctesi mitte has intemperies: cur te atq; animam

Crucias & angis frustra? nec dum proficis

Illi tuæ Eugeniæ, teipsum conficis & tibi officis:

Factum semel fieri infectum nequit: meræ est dementiæ

Quæ facta sunt velle immutare: tempera

Vince æstum, amorem. Po. non mihi hic amor
Dum vixero extinguetur; Palladi te nunc testem voco
Voti mei; non hoc latus premet altera.

Quando Eugenia non preßit, quæ vt scis, mihi
Adbuc puella puello desponsata est, semper postmodo
Sit sola sponsa, dum viduus vitam traho cælibem.

Pa. Quod te decet facis. sum testis voti huius tui.

Po. Nec fas est vllà me voluptate amplius frui,
Cum non voluptatis meæ sit facta particeps:

Mea Eugenia voluptas sola & vnica,
Thorum meum tibi vnica paratum non premiam,
Nec vlla mecum; mensulas, cistas, arcas tuas
Quæ te vnice expectabant non feram vlli contrectarier.

Pa. Placet mihi pietas tuâ & zelus: è re tua facis,
Placas senem nostrum; & voto hoc tuo
Dolorem & anxietatem hanc mitigabis maxime,
Quod nos decet facere; is te semper filium
Habebit Aretini loco: nam quis siet

Acolastus haud ignoras. Po. O Aretine flos decus
Iuvenum te in hos ego ærumnas miser impuli,
Malo quidem me quovis dignum deputem!

O Eugenia cor tumet nec possum farier,
Nec eloqui meos cruciatus. Pa. mi Polyclesi quid hæ
Lacrymæ & gemitus? nil proficis, vt dixi antea.

Po. Quid amplius me consolare, vbi nec ipsa Salus queat
Solatium invenire. Pa. omitte quæso isthæc phantasmata,
Coherce cordolium tuum quam quiveris, solatio
Fac vt sies matri & seni, quos iam scio

Vicinio.

Viciniores morti quam vitæ, macescere
 Senescere & tabescere: ah si nunc queas
 Aliquantulum dolorem comprimere, & mecum ingredi
 Ad eos, vt alloquio tuo erigeres, faceres quod &
 Necessitas monet, & pietas nostra exigit.
 Po. Modò si queam. Pa. fac possis. Po. comprimam pe-
 ctus. Pa. rectè & benè,
 Intrabimus. Verum si senseris te vinci, rursus abi.
 Tuo dolore ne dolores aggraves. Po. faciam miser.

ACT. IV. SCE. V.

Acolastus.

INter tot eiulatus, luctus, non possum morari, ergo in
 pedes

Conieci me illicò, exij, vt vitem muliebria
 Lamenta, plangores muliebres, quod frater meus
 Sororq; capti sint. Nõne hîc adhuc est filius super?
 Ego nunc capesso totam hereditatem: at hoc dolet
 Quod nuptiæ sint interturbatæ; nunc concidit
 Spes illa compotationum; nil refert; occasio
 Aliàs dabit conventus. Quid mihi nunc feræ
 Venatione captæ & clausæ in roborario?
 Nihil, nisi vt me cum meis exerceam sodalibus
 Iaculando, venando, vt nobis sint lusui.
 Pisces, aves apud meum Glycerium
 Abliguriemus. Faciam vt dixi & maximè
 Nunc tempus est cum aliàs satagem domi
 Ob eiulatus esse: ego non assuevi luctibus,

Plus gaudeo tympanis quam campanis lugubribus.
 Sed heus Verna accersitum huc Ligurionem abi :
 Apud Glycerium hic ero : lectis sodalibus
 Deinde vnâ in Roborarium ibimus.

A C T. IV. S C E. VI.

Cubicularius, Eugenia.

DI vostram fidem, quâ multa fiunt, quæ non audeas
 Optare, nedum sperare ! haud queo sat mirarier :
 Quam sæpe summa ingenia in occulto latent !

Non purpurâ tegitur semper sapientia,
 Vt sapius levidensâ gaudeat. Non arcibus
 Splendentibus tantum Minerva habet, sub sordidis
 Haud rarius tuguriolis colitur, Pisces in quo non creduas
 Sunt gurgite. ô superi nequeo satis mirarier,
 Tam sæpe summa ingenia in occulto latere !
 Tam sæpe summa ingenia in miseras summas agi ru-
 ere !

In servitutem etiam potuisse coniici, tam industriam
 Doctam, piam, sapientem virginem, quæ & nomine
 Et omine Eugenia nobilitas verè est verissima ?
 A me emptâ serva illiberalis habita est,
 Despecta, neglecta, & cum cæteris inclusa ergastulo,
 Mox iussa flabello ventilare ad prandia
 Aentos, abigere muscas, excutere pulveres :
 Sed illa in omnibus parata modesta & obsequens,
 Et servitutis munia obivit laudabiliter,
 Vt temporis successu explorans eius promptitudinem,
 Industriam, studium, laborem, vigilias, solertiam

Cellarijs

Cellarijs pronam – condam constituerem
 Et servitutis durioris habenas solverem.
 Quid illa? in omni re se ultra expectationem praestitit,
 Ut omnium votis responderet: Miratus ego & dubitans si
 Reapsene esset quae videretur? cellaria omnia (mut
 Et promptuaria omnia exploro; num quid fiet
 Quod infidelitatis cuiusdam indicio foret?
 Nil comperi. Quid sit? dum sic lastro omnia,
 In intimo quodam risco video ordine optimo
 Vitriola multa, multas pixidulas. Quid hoc? rogo.
 Illa (ut meticulosa est semper) ne offendatur Dominus
 Vbi pauculum otij sum nacta succisi vis horulis (meus
 Ex hortulo nostro quasdam lego herbulas,
 Et inde aquas olea extraho, sic ne tamen negotijs
 Meis supersedeam. Quid? tunc artem medicam tenes?
 Nec diffiteor, nec fateor, serva sum Domini mei.
 Obstupui, & ulterius movi de morbis plurimis
 Quam plurima: illa cunctis remedium suum sibi
 Constare fassa est. Incidit forte inter nos quoque mentio
 Dominae meae, quae nunc annos caecutivit ter amplius:
 Suffusionem hanc, dixit, novi. Scin' remedium?
 Quid nunc? sed ut ne erres: Non erro. Quid, putan' tua
 Posse arte subvenire Dominae nostrae? Si Deus
 Meo labori aspiret, sic spero. Prae gaudio
 Me colloqui Deae sum visus, & subito attuli
 Hoc nuncium meae Dominae. Vocatur. Suscipit opus.
 Poscit sibi herbas Maluam, Altheam, fœnogræcum, &
 Quam plurimas alias, has decoquit: (nescio

Decoctionis fumum oculis admovet, & postea
Collyrium commiscet, quomodo, qua arte, nescio,
Nisi quod stillaticios liquores mellis, &
Feniculi succos, felles perdicis & bouis
Et multa alia afferri cognoverim.

Vt interim taceam victus rationem quam praescripserit,
Stomachum caput purgaverit. Summa omnibus
Nobis stuporem incussit: sed Dominae meae
Cum gaudio infudit vitam novam, atq; oculos novos,
De qua Medici laborarunt frustra quam plurimi.
Dii vestram fidem! quis hic optare vel sperare etiam à

Dys

Tantum bonum potuisset? maxime ex serva? Deos bonos
Ex libera quis hoc sperasset? sed postquam hoc opus
Processit ex serva mox facta est libera,
Vt nunc suprema sit Gynaecei totius
Praefecta, cui locus secundus à Domina mea est,
Suaeque servitutis consortes videt sibi
Servire. Sic fortuna ex liberis
Servos facit, rursusque ex servis liberos.
Sed quid sto? Ehem an non quam video ipsa ea est?
Certè ipsa est. Fit plerumque dum sermocinamur de lupo
Longè haud ut absit. Adibo, salutem dicam & alloquar.
Salve Eugenia. Eu. quis vocat? salve Camerari: quid
fit? Cu. de tua

Mecum locutus sum fortunam, & gratias
Caelitibus omnibus solvi meae Dominae ergo, quae tua
Adiuta ope est. Eu. Deus fuit qui operatus est haec omnia.

Totum

Totum cui hoc meritò acceptum referimus.

Cu. Sed vnde nunc tam sola, cum tuà hac pedissequà?

Ignosce quod rogem. Eu. illo ex templo proximo

Vbi preces meas & votum quod vovi Deo

Pro præstito auxilio quotidie solvo, & pauperes

Inviso, qui in sacello Lazari adiuncto cubant: iam eo

Domum, vt meo officio novo quàm possim indulgeam

Cura. nam eadem virtus tueri parta & querere.

Au. Mea virgo paululum morare, vnum est quod te
rogem.

Eu. Quid hoc velim? Cu. ne quicquam vnquam impu-
tes mihi,

Si durior forte in te fuerim, quando esses meæ

Inspectioni demandata. Eu tace sis, quid tibi hac

Oratione? quod tuum erat fecisti: nec mihi

Quicquam grave à te contigit: quod si factum licet,

Cum servitute abiecta, essent simul abiecta omnia hæc.

Certò hoc tibi de me persuadeas. Cu. ago gratias.

Eu. Sed non decet puellas cum viris in publico

Confabulari longiter, si quid voles me pluribus

Intrò exigemus. Nunc me confero domum, mox vespera
est.

Cu. Ego ad forum ibo prius, mox subsequor.

Nunc interim Eugenia vale. Eu. & tu itidem vale.

ACT. V. SCE. I.

Aretinus.

Misero mihi, quantum dolorem hac nocte passus!
nunc meæ

F 5

Ca.

Calamitatis adesse extrema censeo: quid sto? cimiterium
 Cur non peto ut moriar, meumq; Epicedium hoc
 Suspendam & vltima ponam Anathemata, haud mihi
 Spes vlla vitæ est, nec cupio vt sit amplius. (amplius
 Procella vti procellam suscipit, sic me calamitas
 Vt nulla sit quæ non sociam ferat; hoi quod huic sim casui
 Etiam reservatus? non me suffecit à latronibus
 Capi, sorore orbari, dimitti exulem:
 Fui insuper veneno etiam tollendus. sic meum
 Me implere fatum vult Deus, ne quis me sit miserior.
 Cum forte spes aliquantilli boni mihi illucesceret,
 Mox maximum primò deiectus sum in malum.
 Diutinos post circumcursus inveni locum
 Dionysiorum tandem: astiti, lusi vt quicquam stipis
 Ex Musicâ pararem: processere vota, ab omnibus
 Modulatio mea est alicuius facta precij; sum cantoribus
 Reliquis qui ibi adfuere prælatus, nunc vt mihi
 Ridere rursus visa esset Salus: certavimus
 Paribus modis; vici; mihi cessit laurea,
 Cum laureâ ab pariter iuncta invidia: hæc meæ
 Calamitatis huius mater: nam me invisum reddidi
 Toti choro artificum reliquorum. Ars artem nescit emu-
 lam
 Ferre, quin iunctam secum ferat invidiam simul,
 Et maximè in Cytharædis, vt veluti Cytharam sonus
 Sequatur, sic Cytharædos mutua invidentia.
 Didici hoc meo cum maximo malo: nam me suo
 Iunxere cantores reliqui choro, vt mecum invicem

Com-

Communicarent de arte : vix cum iam in vado
 Me esse arbitrarer, applicârunt imprudenti in poculo
 Aconytum, eheu ! quas artes sperabam mihi bono,
 Cessere maximo malo ; me ars perdidit
 Ex qua mihi expectabatur salus. Quid ? quod diu
 Nondum exspiraverim ? ô miseriorem plus, quod non
 illicò
 Sim exstinctus ! ô quod non Aconytum habeat sat vi-
 rium
 Ut morte me subitaneâ necet ! quid improbi &
 Nefarij ô viri quid feci, quod vitam meam
 Putetis auferendam ? aut cur si me mori
 Voluistis, ah cur me diutius suspenditis ?
 Cur me diutius cruciatis ? anne est vobis gaudio,
 Cui vita tristis est, ut mors sit durior ?
 Ne vita tantum misera sit, sed mortis agon mihi
 Gravior gravet, cumulet, geminet misérias ?
 Ni fallor hic est Cæmeterium, & hoc sacellum Lazari ?
 Locum attigi mei cubilis : hic recumbam, an quispiam
 Meum cadaver mortuum foveæ factæ inferat ;
 Tam aliquem adhuc misericordem spero fore,
 Qui me obruat glebâ vnâ & alterâ.
 Salvete busta, & ossa, me facite ut socius vobis siem.
 Hic hic iacebo, hic hic moriar. Quiesce nunc Lyra,
 Quæ perdidisti me tuum fautorem, in testimonium
 Rei huius æternum te Anathema voco : & mea tu pœsis
 optima
 Mihi vltimò testis peractæ esto vitæ meæ,

Quis

Quis sim, quid egerim, quid passus sim, & tandem ut sine
mortuus.

Nunc inde proximè ad Cytharam meam
Epicedium hoc affigo, quod qui legerint,
Mibi hanc dabunt spero operam, ne fiam esca volucris.
His astet scipio sustentaculum meæ ægritudinis.
Ab annule annule, ab meæ munus sororis vltimum,
Latronibus quando spolia essemus: te symbolum
Amoris vnicè intimi, sororis vnicè intimæ
Appendo Cœlitibus foveo: & precor,
Citò soror ut moriatur nū sit mortua, ut
Citissimè iungamur in Paradiso, ne ferat
Iniurias mundi immundi diutius.
Ab vos parentes nū vos mœror nū dolor
Extinxit, eternum valete. Tempus est
Tandem moriri. hic hic iacebo, hic hic moriar miser.
Hic nunc recumbo, meamq; animam Deus pater
Tibiq; Iesu Christe tuis manibus commendo, mox erit
Ut angeli tui mihi serviant, animam & meam
Gremio reponant Abrahe, ut tuo æterno aspectu fruam.
Nunc cantiunculam repetam Epicedij mei
Cygneam, ut hinc cum carmine exspirem meo, prius
Aurora quàm exoritur, mane ne deambulantibus
Reperiar in vivis qui me gravent querimonijs:
Hic Aretinus ego iaceo, atq; Anathemata voti
Iam pronus morti Christe benigne tibi.
Laocles auratus Eques, materq; Phronesis
Me genuit claro stemmate uterq; satus.

Me

Me iuvenem dosuit Phœbus melos edere, & artes
Scire sacras Clarius quotquot haberet ager.

Me matri invidit fortuna, patriq; senili,
Et matri eripuit surripuitq; patri.

Et peregrinantes spoliavit meq; sororemq;
Omnibus : ut miseras milvius uncus aves.

Exul ego factus ; soror est captiva, tot annos
Quattuor, exilij tempora longa nimis.

Ex cytharâ vixi pauper rerum omnium egenus,
Et tandem moriens ex cytharâ moriar.

Perdedit illa suum artificem, nam toxica livor
Præbuit, ut vidit laurea dona dari ;

Præ reliquisq; mihi palmam tribui. hinc mihi vita
Quæ fuit ars mors est postmodo facta mihi.

Disce vices fati, & sepeli mea membra viator
Quisquis es, ut tandem sit mihi mortē quies.

Quid cesso ? quin morior ? cur tantum æstum & gelu simul
fero,

Sitim, cruciatus, anxietatem, ignem, ulcera ?

Quid cesso ? quin morior ? cur non exhalo animam meam ?

Quid pulmo cessas ventilare cor diutius ?

Quin ô cor anxium, frigens, pressum, æstuans

Disrumperis ? quid palpas amplius ? cur sic mortem fugis ?

Quiesce, rumpere, emorere & tandem misellulam

Animulam meam solve ex hoc scædo carcere,

Conclude rivos sanguinis cruciatuum,

Periculi, mœroris & miseriarum ebibitam est satis, ah
plus quam satis !

ACT.

A C T. V. S C E. I I.

Eugenia, Aretinus.

A Vrora salve, salve lux missa à Deo mortalibus
Salve diu expectata, nam quod nocte hac non po-
tuerim

Somnum videre oculis meis, quid portendat, nōrit Deus
Cui me sacris precibus nunc commendatum eo,
Actura gratias votumq₃ persolutura eade in hac
Proximā, atq₃ me meos parentes, si fient
Superstites, fratremq₃ aut vivum aut mortuum
Precibus meis commendatura Deo omnium
Orphanorum patri. At quid video? eccas ædium
Sacrarum adhuc valvas occlusas, ô pigros homunculos
Quanta oscitantia in nobis pietatis, somnolentia &
Torpor precum, & lethargus divinorum cultuum!
Etiam antelucano volucrum concentu prævenirier,
Quæ lingulis suis Deum matutine colunt,
Laudant, celebrant? proh pudor! an sic convenit
Nos compotes rationis à brutis superarier?
Quid Abbatissa nostra dixet olim in Euseburgico,
Vestalis vlla si quæ vsq₃ huc protraxisset preces?
O me misellam dum recordor Euseburgici!
O si Deus me ibi maluisset vitam insumere
In cultibus sacris opere pietatis & precum,
Omnes honores mundi & aule quos Deus
Mibi reddidit nuper non fecissem teruncij!
Sed est cuiq₃ sors sua, hanc decet
Nos sustinere: si qui animo æquo pertulit

Fortunam

Fortunam amiciores, sic itidem equo animo ferat
 Fortunam acerbiores, rursum si qui animo equo pertulit
 Fortunam acerbiores; sic itidem equo animo ferat
 Fortunam amiciores: utrumque eiusdem est fortitudinis.

Sed dum deambulo hic in Cemiterio

Nec templum apertum adhuc video, nec audio

Vllum dari precis signum; nec mens mihi est

Domum redire priusquam votum solvero:

Ibo ergo visum si qui egeni & languidi

Ad hoc sacellum Lazari ut solent confugerint,

Votis eorum ut subveniam vel re vel consolatio.

Et ecce non sefellit coniectura. Quis tu, qui hic gemis?

Quis es? quid accidit? cur langues? quid taces?

Responde. an est aliquid vite super?

Dic liberè si quid velis: en tibi hic Drachmam. Ar. non
 expeto

Argentum & aurum, sine modò. Eu. dic quaeso, si quid
 vis amplius?

Ar. Nihil nisi ut moriar. Eu. Vix vlli tanta vite satietas,
 Quin maior adhuc vite quam mortis sit cupiditas.

Ar. Tibi forte, non mihi. Eu. nec mihi. Sed quaeso dic
 mihi tuum

Morbi genus, medicam me scito, spera, ego tibi

Deo iuvante opem si adhuc opis locus. Ar. nullus super,

Sine me fatiges amplius; nequeo eloqui: at si te iuvat

Mea fors, lege hoc Epicedium. Eu. placet, legam.

Papæ! quid hoc? ubi sum? cuium hoc? meum annu-
 lam?

Quid

Quid inquis? adiuro te per vivum Deum, ut
Respondeas, an tu te Aretinum? Ar. Sic aio. Eu. dic no-
minis

Cuius soror? Ar. dicta Eugenia. Eu. à quēis spoliatus?
Ar. à latronibus.

Eu. In quā viā? Ar. ob redeuntes Euseburgico.

Eu. Evax Deūm verē es meus fraterculus,
Aretine mi, mi Aretine exosculare: en respice
Tuam Eugeniam: ego soror tua

Hic annulus quem suspendisti hic hic meus.

Ar. Mea tun⁹ soror? Eu. annulum en meum. Ar. ô te te
meam sororculam.

Novi, tui digiti, tuus annulus, nunc oppetere
Profectò stat mihi libenter, hoc in posterum
Ne gaudium contaminet vita egritudine aliqua.

Eu. Fratercule ut vivas opta. heus pedissequa
Ocyssimè vola & mihi pixidulam huc asser rubram
In qua unicornis est cornu. heus tu proximam quoq;
Quae auro est obducta, curre celeriter: malim tibi
Pennas pedesq; Pegasi. ob frater sentisne roboris

Adbuc parum? Ar. parum. Eu. hem tibi hoc pom⁹ am-
brae, quod collo meo

Circumfero, olface ut confortes spiritus.

Ar. Magis tuus me aspectus, os, anhelitus

Tuus refocillat soror. Eu. & memini en mecum hinc mihi

Est Citrij semen, fratercule en tibi, ocus

Ede, utor illo contra infectiones pestilentes aëris.

O te Deus servet! proh quantum hoc infortunium,

Etiam

Etiam veneno te infectum frater ! cor fermè finditur
 Dum cogito nostras misérias ! hæ sunt maximæ
 Quæ nunc tetigere. Ab quomodo habes ? Ar. meliusculè.
 Eu. Sic inquis ut me consolère, ab det Deus
 Meliusculè vt sentiscas. Nec dum adhuc pedissequa
 Venit ? morem nectit venefica. Ab fratercule
 Parum elevère ; fac periculum ; aut gremio meo
 Caput reclina. Cedò pulsum : vndosus & vermiculans :
 Animum cape & teipsum conforta quàm quis maximè.
 Tandem pedissequa adventat. vitæ est spes optima.
 Redi, redi, move pedes. ut te testudinem
 Di perduint, si fustem cepero aut stimulum in manum.
 Cedò mihi pixidem illam ; & illam. Frater, hoc pauxillulū
 Theriacæ novæ primum cape, quam à quodam Monacho
 Domina Abbatissa accepit : degluti : nunc pulveris (mea
 Illud cape. Vt valere te sentis ? Ar. confirmor. Eu. num
 Te sustinere solus ? rectior sede : aſt vt nunc habes ? (potes
 Ar. Vires recurrunt. Eu. quomodo cor ? Ar. visus mihi
 Ex corde decidisse, quo pressum fuit prius. (lapis
 Eu. Rursum en tibi vnicornis eiusdem. Ar. redeunt mihi
 Spiritus, caput iuvatur. Eu. cedò carpū. esto animo bono,
 Probata est theriaca hæc nova multoties mihi : magnū
 est roboris,
 Aequalior nunc pulsus est & fortior. potin' resurgere ?
 Iuvaberis, concedat huc pedissequa, hæc ego
 Ex parte ero. Ar. sine stem solus, possum, aſt aliquantō in-
 firminus,
 Redite, sustinete. Eu. nil periculi est. Ar. Anathema
 soluite

G

Aliud

Aliud Deo votum præstabo; mea ô verè sororcula
Huc te Deus misit duxitq; per suum sanctum angelum
Vt subvenires arte tuâ! Eu. ô fratercule ô mihi
Est reddita vita dum tibi vidi vitam redditam!

Ar. Sed quomodo soror huc venisti? quam nunc vitam
agis?

Eu. Nec hora nec dies nec annus frater sufficit,
Meæ tibi vitæ enarrare Fabulam: at tu quomodo?
Nonne ad parentes es reversus? Ar. Non. Eu. sed quia
vestitus hic

Pannosus? Ar. ô soror tu cultior, magisq; ornatioꝝ!
Vnde vnde quæso vestitum hunc es nacta? Eu. noli obtun-
dere

Rogitando; in aulâ hîc vivo heriliter, quæ serva sum
Adducta. sic mihi post nubila Phœbus ortus est.

Ar. Et ortus est mihi post nubila Phœbus, cum tuum
Vidi iubar. Eu. nec tu minus mihi frater Phœbus, sis licet
Pannosus, eger, egens, egestatis tuæ
Habebitur facillimè ratio, sunt tot mihi
Gemma, aurei, monilia & vestes, Herus
Locuples, hera liberalis quæ me vel loco
Habet sororis; illa, te vt fratrem meum cognoverit,
Nec sumptibus Cræsi pepercerit. Ar. soror mea
Quid gestiam? aut quid letus sim? quo pergam? vnde
emergam? vbi siem

Præ gaudio non possum erumpere? Eu. at nihil mihi vn-
quam charius

Quam quod Deus tam mirificè nos rursum iunxerit.

Ar.

Ar. O soror, sic gestit intus cor meae aegritudinis
Laboris & miserie vt oblitus sim, ô si vel hanc mini-
mam scintillulam

Nostri parentes gaudij haberent! Eu. enecor
Dum mentionem horum frater facis, ô quod si Deus
Eò reducat nos: nunc quartus annus est domo
Quo absumus. Ar. Est soror? cum vires confirmavero
Pedites eò recurremus, cythara hæc mea, hætenus
Qua victitavi, erit nostrum viaticum.

Eu. Ab frater latrones vt spolient nos denuò?

Ar. Transigemus iter mendicando. carens pecuniâ
Caret metu. Eu. non est tutum satis. Sed intus de hac re
pluribus:

Nunc sustine te vt comitem ducam, & sortis meæ
Te participem faciam in Aulâ, Domina meæ
Sortem tuam narrabo, meum te fratrem, & si quid est
Reliquæ imbecillitatis, illis optimè curabitur.

ACT. V. SCE. III.

Æthiops.

HEm quo redactus? cur me mater non genuit bovem?
Cur hominem, si humana non liceat pati?

Bos sum bovisq; ritu exerceor, nec est tamen
Tergus mihi bovinum, quo bovinas plagas perferam.
Si in Aethiopiâ rursus aliquando daretur harum gentium
Quidam mihi, discerent quid esset vendere liberum:
Nec minus enim ipse ego natus sum liber, atq; ij,
Sed raptus ab Hispanis primò, cum in littore patrio puer

C 2

Carst-

*Cursitarem, Mercatori deinde venditus, qui dum mitteret
Nescio quò rursus à latrone captus sum in vià
Et servitutem in hanc deveni. Quid malum, non hìc licet
Impune furari bovem, aſt hominem furari abducere
Licet? nec hoc attenditur. Si vendatur, ſemel
Mox ſervus eſt, licet natus ſit liberis parentibus.
Heu quid agam? beatior me eſt Eugenia, quæ mihi
Conſerva vendita eſt, ſed nunc Domina: ò me perditum
Quod nil etiam ipſe mea in iuventute artium
Didicerim! cum benè eſt nobis, & adſumus parentibus
Nil evenire adverſi nobis poſſe fidimus.*

A C T. V. S C E. I V.

Cubicularius, Æthiops.

VBi eſt? ubi es Æthiops? fugitive prodi. Æ. me
vocat.

Cu. Heus Æthiops. Æ. adſum. Cu. quò te ſubdu-
cis furcifer?

Æ. Quid imperas? Cu. Comitatus Eugeniæ inſtruendus
Ad ſtabularium te ſannionem conſer, equos decem (eſt
Satellites viginti vt inſtruat inſiſſe me refer
Verbis Domini mei, & tu teipſum etiam para,
Donatus es Eugeniæ in ſervitutem, eundum erit
Peregrè comitatum quam dixi Eugeniæ in patriam,
Cura omnia optimè & decenter. Æ. faxo, nunquid am-
plius?

Cu. Non niſi ut certò poſt quatrìdum omnia optimè
Parata ſint, nam tunc nî fallor inibitis viam,
Quivis ſuis ſe bombardis gladijs & haſtis muniat,

Longa

Longa & periculosa hæc est via, habebitis hostes obvios
 Nî fallor : I nunc & iussa expedi. Æ. ô quam nunc me
 Dî beant !

O gaudium inopinatum ! nunc mihi quædam est spes for-
 tunæ

Vbi meæ olim conservæ serviendum est, Domina erit illa
 mitior,

Alienum quæ dominium pertulit. At nunc ad stabula-
 rium eo.

Cu. Quid loquar ? ubi sim ? quid sentiam ? quid cogitem
 sum nescius.

Sic me trahit retrahitq; in diversissima

Nostræ Eugeniæ sors stupenda, & ô mirabilissima !

Paulò ante facta serva rursus facta libera,

Nunc & suum fratrem languentem egenum repperit

Et quasi resuscitavit mortuum, ah miserrimum spectaculū

Quo hodiè eum adduxit in aulā ? nam qui sint, quo stem-

Vterq; nati, nunc tandem deprehenditur, (mate

Equestri nempe, patre equite aurato generoso, nobili

Matre, at à latronibus quondam capti & redacti in has
 misérias,

O scelus ! quem accusem ? vix parum est, vt vel Deum

Non esse vel non curare humanas res autumem.

Si enim Deus, si humana curaret, nonne hanc doctam &
 piam

Puellulam, & iuvenem hunc clarum virtute genere & ar-

Tuitus fuisset contra latronum insidias ? (tibus

Quos terruisset profligasset unico vel fulmine.

Sed si Deus est res forte humana abiectiores sunt ei
 Quam serat maiestas divina: in cœlestibus
 Tantum occupatur, & sordent ei terrestria:
 Nos enim homines qui humana sapimus hanc vicem
 Tam indignam & impiam averfamur. En hera
 Mea ut vidit, cognovit, quo essent nati stemmate & loco
 Qua sorte agitati, non pepercit ulli industria
 Quin hos curaret exules, statuiq; pristino
 Restitueret quamprimum: nec pepercit ullis sumptibus
 Erogandis, ut Generis mensuram debito
 Habitu, bonis recompensaret: hinc monilia aurea
 Annulos, vestesq; baltheosq; argenteos
 Et quicquid exigebat conditio equestris paraviter
 Curavit, & quamprimum ut ad patrios irent lares
 Monitrix fuit, suis ne hereditatibus absentes cadant.
 Comitatus instruitur, famulitium frequens, viam
 Ibunt eandem, eundemq; revisent locum atq; idem nemus.
 Quo mancipati olim, insidiasq; struent prædonibus
 Si forte possint aucupari pestes illas pessimas;
 Si non vice hac, aliàs dabitur profecto vindictæ locus.
 Ego de stratagematibus technisq; quibusdam eo interim
 Meditatum, quæis nostrum comitatum hunc instruam,
 Ut callidè eos queant circumvenire: tam probi
 Juvenisq; & Eugenia me miseret.

A C T. V. S C E. I V.

Eggo, Rollus, Ligurio, Acolastus.

Sic est ut aiuto, testamentum suum fecit senex,

Bona

Bona partivit, solus cum herà vivet sacello : postidhac
Decimas & servitutem soluemus Polyctesio.

Ro. O benè sic tandem ab Acolasti servitio evallabimur ?

Eg. Nec enim amplius potuissemus ferre istam duritudi-
nem

Carceres, plagas, labores, compedes
Quibus Tyrannicè & scævè tetinit nos antidhac.

Ro. Præsensit hoc bonus ille senex dubio procul,

Quod sic hæreditatem totam dissalaverit.

Eg. Verom est : Ergo duas villas Acolasto filio sine ru-
sticis

Duit, Polyctesio verò omnes rusticos & prædia.

Ro. Ille eccere est bonus Iuncherus, at alter non valet

Nescitq₃ rusticos tractare. At vnde, ecfare, in posterum
Acolastus vivet ? Eg. quid ? rogan^r ? villæ istæ habent re-
ditus suos

Amplissimos ex annuis decimis quantum omninò suffe-
cerit.

Ro. Quid verò Acolastus ? Eg. audio illum agrè tetu-
lisse hæc omnia,

Eum verò adminiculare nobis inhibitum est.

Ro. Mirum quid moverit senem, atq₃ induxerit

Consilium in hoc ? Eg. ego audio senem fastidiliter &
malè

Habere, quod scortetur, belluetur tanta crebritudine

Nec obaudientiam præstet parenti debitam,

Secumq₃ diu noctuq₃ Alastorem illum pessimum

Foveat Ligurionem. Ro. quem ? Eg. nescin^r ? qui de
subulà

G 4

Naribus

Naribus nostris transfigendâ, ante quadriennium
Cum nuptiæ Polyctesio atq; amissæ virgini
Indicebantur instruendæ consilium primum duit.

Ro. Hem dir⁹ ille carnufex! memini. ô fratercule optume
Nunc nunc fenestrata est vindicta, nunc reddibimus
Nefario nefas idem improbum. Eg. sed non sat est
Tutum, nec ubi fiet constat. Ro. meum hoc erit, scio locū
Quem sæpius frequentet, nimirum ante ædes Glycerij,
Nec totties veni illuc quin visus sit ibi mihi
Deambulare, maxime hocce tempus circiter,
Betimus cō certō illic eum invenibimus. parum hinc abest.
Eg. O si dueretur ille his dextrabus nostris, idem
Supplicium de illo sumeremus, quod nobis tūm temporis
Voluit irrogare. Li. Mirum Acolastus quod moretur
tam diu.

Octava est hora, nec adhuc matutina est sumpta sportula,
Brevi hic aderit scio, nam biduū est quod absit Glycerio,
Mea cutis mox curabitur. Ro. hem! Eg. quid? Ro.
nonne ego vates suam?

Ecce ut deambulet illic: futatim incurremus, ego unguibus
Iugulum involabo, tu manus prende ambas ne fiet
Compos sui. Li. heu quis sic in me irruit?

Ro. Pœnas dues tuūm scelerum nefantium & tyrannici
Consilij. Li. ô optimi, mei amici, & fratres optimi,
Veniā date ô Domini mei. Eg. haud Domini fuimus tuī
De subulâ quando consultabas: nunc supplicium
Te idem mantat. Ro. nostin⁹ nos? Li. quid non noverim?
Ta Dominus meus Eggo, & tu Dominus Rollus. Ro. Sic
velo. Eg.

Eg. Sed heus meministi adhuc de subulâ quam naribus
Suadebas infigendam elim? Li. ah veniam date, parcite!

Eg. Nec tu volebas parcier nobis. Ro. da subulam
Nares ei ut desubulem. Li. ô miserere, oh, oh precor!

Eg. Non est mihi subula. Ro. cultro utere. Eg. bene
est, prosternamus eum humu.

Li. O parcite! ô mei amici! Ro. hanc cristam deinde
foramini

Inferam, ut spectaculo sis omnibus. Li. per vivum vos
Deum

Rogo. Eg. tace, nil proficis. Ac. quid hic tumultuum?

Eg. Rolli fuge, Rolli fuge, en Acolastus advenit.

Ro. proh fugiamus.

ACT. V. SCEN. V.

Ligurio, Acolastus.

○ Acolaste, ô unicus mihi ortus Lucifer & Deus,
Qui liberas me à diris illis rusticanis bestijs.

Ac. Quid hoc tumultuum? Li. O mihi tempestivè

Et liberas me ex unguibus virum crudelium. (ades,

Li. Adsum profectò tempestivè: nam te te volo

Vt te Dy Deaq, omnes perdant, qui lenocinijs tuis

Me perdidisti incautiorem. Li. oh, oh, oh nobilissime

Acolaste parce. Ac. tu in causâ es, quod sim rusticis

Orbatus omnibus. Li. oh. Ac. tua conversatio facit

Hereditas mea quod nunc cedat alteri. Li. oh, oh, oh,

Ac. Apage te hinc inquo, & nunquam huc redi. Li. oh
humeri, oh caput!

G 5

Ac.

Ac. Et nunc videre cogor, quod Polyctesius
 Meam auferat partem bonorum: hoc ille Nebulo
 Suo sodalitis fecit, quo me seduxit inscium. Li. ah miser,
 Mea conversatio nunc despectui est, perij miser!
 Quid feci? quid peccavi? ô me nunquam astutum & cal-
 lidum!

Hoc præmiū me artis meæ? quid nunc faciam miser,
 Si sic remunerabitur ars vulpecularia?
 Aulæ abdicabo me posthac, atq; in forum
 Me conijciam, vt causidicus fiam, causas bonas
 Reddam malas, malas bonas: nisi hoc processerit,
 Necesse erit me asscribi mendicantium ordini: oh miser.

Ac. Sic perdidit me perditus ille: totum hoc imputo
 Ligurioni qui me seduxit: vah poenitet!
 Nunc sum parenti odio, qui se, causā mei
 Quæritur senescere & macescere, & mihi
 Decantat omnes horas Ligurionis perdit
 Crebriores convictus? quid facerem? quoniam semel
 Vocatus à me erat, semper momentis singulis
 Adhæsit vt pix mihi, nec potui ab eo divellier,
 Non iam redibit illicò vt reor. Sed interim
 Hereditatis ego facio iacturam maximam,
 Nullus mihi colonus testamento asscriptus est.
 Omnes Polyctesio cedunt, quem cogor fratrem agnoscere,
 Dotem Eugeniæ dandam Palladius capit.
 Hei res iniqua indigna sic bonis privari! non feram.
 Villulas duas dedit annuas decimas si Dijs placet:
 Non feram, sed vi rescindam hoc testamentum, vbi

Pater

Pater sacellum quamprimò petierit : Sed quæis auxilijs ?
 Nemo colonorum mihi sic favet vt opem ferat,
 Nec vllus est mihi proprius. At si iure hoc vindicem,
 Et de inofficioso testamento conquerar :
 At si essem doctus. Hei iniquum. non feram. Polyctesius
 Non sic inultò id auferet, vel quicquid etiam occasio
 Serusq₃ vesper advebat. Hem veniunt qui me spoliant bo-
 Secumq₃ habent parentes ambos. Esto, non aderunt ij (nis,
 Semper. tacendum hodiè est, sed crastino forsan die
 Aut aliàs mihi loquendi rursus fiet copia,
 Non fero illorum aspectus, subducam me illicò.

A C T. V. S C E. VI.

Laocles, Phronesis, Polyctesius, Palla-
 dius, Prodromus.

Q Vid Palladi inquis ? num paratum iam est me-
 um sacellum ? Pa. here est.

La. Altare num erectum ? Pa. factum. La. an
 libri mei sacri

Eò relati ? Pa. factum vt iussisti : nec minus supellex rel-
 liqua

Quam tibi servasti eò translata, tapetibus
 Ornati parietes vestri cubiculi. La. benè est.

Nil amplius nunc vxor restat, quam exequi
 Testamentum nostrum diebus superioribus
 Quod fecimus : tibi Polyctesi legatis fruerè & vtère :

Tu filius noster, nosterq₃ Aretinus alter : Palladi
 Dotem Eugeniæ dictam tu cape, & fruerè vtère :

Acolastus

Acolastus unde vivat habet : nec dignus est

Qui rite uti nescit Colonis ut Colonos possideat.

*Po. Mi pater verè pater, si sic placuisset, proprijs
Te maluisssem uti bonis tuis. La. non sic placet amplius,
Deo & sacris me cultibus dicare præstat, in quibus
Hoc quicquid est vitæ super insumam meâ cum coniuge,
Ut nos quieti & otio demus, non est enim
Cui colligamus quicquam : Acolastus rimarum est plenif-
simus,*

*Cribrumq; perforatum, in quod quo plus infunditur
Plus diffluit. Ph. ô si sic Deo placuisset, alter ut
Aretinulus meus vixet cum filiola meâ !*

*Pa. Quis hoc in votis non haberet, ut de Dote propriâ
Gavisa fuisset, vita eius Dos maior mihi. La. mitte la-
crymas*

*Vxor, Dominus dedit, Dominus rursus abstulit:
Sicut Domino placuit, ita factum est : patientiâ
Christianâ hoc quicquid est iugi ferendum. Pa. Sic decet:
Patientiâ vestrâ dulcescet hoc vobis iugum,
Tuosq; gemitus, ne dubita, tandem audiet Deus.
La. Audiet Deus spero, & nos liberabit tandem hoc car-
Et alterâ in vitâ coniunget nostris liberis. (cere,
Nunc mea vxor eamus ad nostrum sacollulum.*

*Po. Nos ibimus simul, non est opus. Pa. Sz. i, quos tumul-
tus audio.*

Ph. O Palladi, ô Polyctesi, quid hoc turbarum. Pa. nescio.

Ph. Eheu sonos bombardarum audio ! heu metuo mihi !

Pa. Nisi forte Acolastus has turbas det, ut vi vindicet

Bona

Bona testamento nobis assignata. La. Deos bonos ?
Tant enè eum ferociæ putas ? Pa. novi quis sit Simo.
Po. ille ipse per Iovem erit qui turbas has movet. La.
non arbitror.

Interdixi enim Colonis partes illius tueri. Pa. Dii boni
Quid agendum ? Po. ecce accurrit Prodrumus. Ph. prob
semper nuncius

Infustus Prodrumus ! novi. La. quid fers ? quid ibi tur-
ba datur ?

Pr. Aretinus & Eugenia redeunt. La. ut te perduint
Dii Deæq; omnes, qui me maceras tuis mendacijs !
Abi hinc in rem malam, qui mœroris mei vlcera
Fricas recenter, cum tuis mendacijs.

Pr. Non mentior, vidi ipse Aretinum oculis meis.

La. Scilicet vis ficticijs tuis cum nuntijs
Redire in gratiam nobis. Pr. Non fingo, vidi oculis meis
Aretinum & Eugeniam, & collocuti sunt mihi,
Quæsierunt de vitâ vestrà & valetudine,
Et nuncium hoc iussere vobis afferri. Ph. ô sit gloria
Superis, non iam moriar, sed vivam ut liberos videam
meos.

La. Mane vxor, haud credo esse verè nostros liberos,
Ni quis se nomine falso talem nominet periculum est.
Omnia prius experiri quam credamus prudentes decet.

Abi ergo Prodrome & ut ad nos quicunq; sint veniât roga.

Pr. Faciam : nec hinc aberunt longè : namq; Eugenia se
Secuturos statim è vestigio dicebat. Nunc eo.

Here ecce occurrunt, en veniunt. La. benè est, qui sint
mox explorabitur.

ACT.

A C T. V. S C E. VII.

Aretinus, Eugenia, Laocles, Phronesis,
Polyctesius, Palladius.

Salve pater ; mater ; Polyctesi ; tu praeceptor Palladi,
Salvete omnes : Deo Deo debemus gratias,
Quod mortuis vivi, vivis iungamur mortui.

Ph. Es es meus verè es Aretinus, es mea filia

Verè es mea Eugenia, mei ò salvete liberi !

La. Aretine fili, fili Aretine vocem adhuc novi tuam.

Eu. Salve pater. La. mea Eugenia filia ; huc mihi

Date oscula, ò mei redivivi liberi.

Po. O corculum meum meae Eugenia anima pars altera,

Pa. Aretine dilectissime, quantis nos iam gaudijs

Opples. Po. Aretine te redysse & vivere

Gestimus. Ar. mi praeceptor debeo hanc tibi fortunæ meae

Partem. Pa. Qui sic ? Ar. nam artes quæis me imbuisti
in plurima

Mala me duxere & reduxere, aliàs vt audies.

Pa. Bona profluunt ex artibus si iunctim adsint, mala

Aliunde non ex artibus illa profluunt.

Sorti vtrique praeest Deus. Ph. ò Aretine. Ar. mater tem-
pera

Lacrymis. Ph. prae gaudijs non possum fili. Po. ò optime

Affinis vt vales ? Ar. Valeo vt vides, sed non benè antid-

Po. Mi affinis ego te in has conieci miserias. (hac.

Ar. Quid hoc miseriærum ? en comitatum hunc splendidum,

Quem mecum huc traho. Pa. tam mirabiliter

Deus

Deus suos ducit. Ph. dic fortune vestrae vicem
 Mea filia. Eu. ô mater fortuna illa exhausta est, decet
 Oblivione eam sepelire, nec nobis annus suffecerit
 Narrandis omnibus ! ecce hic Aethiops mei infortunij
 Consors, mecumq; venditus narrabit ille plurima.
 La. Ille Aethiops ? Eu. Sic est pater. La. libertatem
 illi spondeo

Per meam fidem. At quis hic comitatus est ?

Ar. Additus hic est nobis à Duce urbis Clementi, à quo
 munere

Magno affecti sumus & magnis dimissi honoribus.

La. Quid audio ? si vivo ego faciam brevi,

Vt sentiat neq; opes neq; voluntatem mihi

Defuisse. Ar. Ceterum pater non possumus nunc omnia

Narrare tam brevibus. La. neq; est opus charissime

Fili. Tu Prodrôme hos comites adduc in prædium

Arci huic meae propinquum, & ibi commenda eos stabula

Vbi equos cutimq; suam curent pollucibiliter. (rio)

Quicquid petiverint tibi potiusve, ne negetur, impero.

Erit integrum illis quandiu volent

Manere nobiscum. Ar. Ast ubi quæso Acolastus est

Frater meus ? vivit ? La. vivit. lappæ & lolium haud

pereunt :

Vbi sit, quid facitet nescimus, testamentum enim

Meum iam feceram ultimum, quo eum privaveram

Colonis omnibus, hoc iniquè & agere fert ut audio.

Sed nunc Polyctesi accipe tu sponsam tuam,

Pro bonis tibi legatis cum dote integra.

Et quod feci testamentum sit verbo hoc irritum.

Po.

Po. O perduit Deus bona omnia, dummodò me hæc manet
 La. Sat est mihi dum liberos rursùm meos (unica
 Salvos reviderim, id Acolasto nuncium illicò
 Referatur, ne hoc nostrum contaminetur gaudium,
 Et ipse nobiscum gaudere possit toto pectore.
 Tu filiam mater reduc: intrabimus
 Et nuptias tandem Polyctesio, Deo auspice
 Secundius secundas instaurabimus. Po. ô mea
 Animula, mea electa à Deo mihi venis
 Electa, quo eligente suo sua cedit, dum licet
 Contra ferantur insultentque quicquid est
 In inferis superisve Demonum. Eu. id ipsum sentio
 Et hoc etiam me sustinui semper solatio.
 La. Tu Palladi Mystam accersi iube, ut Deo
 Prius faciamus sacra, & gratias agamus maximas
 Quod hunc diem tam candidum sit passus exoriri
 Qui nos omnes coniunxerit rursus, cum nec per somnium
 Spes illa ulli incidisset. nos intrabimus. Pa. bene est, eo.
 Ne expectetis dum exeant huc; intus despondebitur,
 Intus transfigetur, si quid est, quod restat, plaudite.

τῷ θεῷ δόξα.

Omissa sub finem paginae 31.

Titulos omitte inter privatos, publicè utere.

Li. Si sic placet; placet. Sed quid novi? Ac. dicam, in-
 Li. Tuæne? Ac. non, meæ sororis. Li. ô (stant nuptiæ.
 Dij bene vortant! cui? Ac. Polyctesio. Li. O

F I N I S.

Aug III A 259

ULB Halle

3

004 078 012



56.

Σ





DE


A

E

Quod
ma

M.

I



Farbkarte #13

B.I.G.

Inches

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black